



De operibus Dei

<https://hdl.handle.net/1874/423852>

2
2

DE OPERI

BVS DEI, MARTI=
no Cellario
autho=
re.

ARGENTORATI, ANNO
M·D·XXVII.

DE OPERIBUS

AVRIL 1872

1872

1872

1872

AVRIL 1872

1872



V. FABRICI

VS CAPITO, PIO LECTORI GRA-
TIAM ET PACEM OPTAT, PER
CHRISTVM IESVM DOMINVM
NOSTRVM.



IECIT iter hacnuper,
Martinus Cellarius,
homo dei præcipuoq;
præditus spiritu. Is dū
accepisset huius Eccle-
siæ conditionem mo-
dumq; reuelationis,
qua per gratiam dei,
quomodocumq; pol-

let, consilium cepit, nobiscum, de fide ac dog-
matibus quibusdā conferendi. Annuimus
facile, conuenimus, egimus inter nos, & de
gloria Dei præclarius hac ætate reuelanda, ul-
tro citroq; non pauca cōtulimus. Adeoque
uno atq; altero colloquio, magna quidē luce,
ut mihi uideſ, diſſernit, de fide prædeſtinatio-
nis, de diſcrimine inter uasa, electionis & re-
probationis.

V. FABRITII CAPITONIS.

probationis: de semine dei: & electis, de perse-
uerantia sanctorum: de salutis certitudine: de
spiritu sancto: de natura & ratione filiorum
Dei, & id genus alijs, qualia nos Ecclesijs quo-
q; iuxta modum fidei nostre, utcumq; confir-
mabamus. Adiecit alia quædam, ut sunt, Eu-
angelij reuelati tempora, modus & generali-
tas prophetiæ, excidium impiorum, & quæ
sunt generis eiusdem, quæ partim, ex collatis
scripturis facile agnouimus, partim, quia, uir-
debantur & sunt, ad ædificationem in Deum,
& analogiã fidei spectãtia, consonaq; scriptu-
ris, refutare non sustinuimus, etiamsi captum
nostrum superarent. Orauimus itaque uni-
uersam fidem ac reuelationem suam, ordine
cõscriptam, diiudicandamq; libere, nobis ex-
hiberet. Interea quæ nobis de bonitate Dei cõ-
fiterentur, in uicem, candidissime participau-
imus. Quarum rerum documenta, non ita
pridem ex unctioe, haud obscure prænoue-
rat. Accepit nos placide, sumptoq; spacio cogi-
tandi, singula diutius secum, ad fidei trutinam
dependit. Comperit, reuelante Domi-
no, rem esse, sicut nos proposueramus, imò
dilucidius, quã nos, uerum inspexit, persuasumq;
habuit, ad gloriam Dei proferendam,
eadem factura. Exuberanti prorsus gaudio
propter fidem mutuam, similemque Dei cogi-
tionum tum perfundebamur. Vtrique, de
alterius

PRAEFATIO.

alterius fide, & gratia Dei erga ipsum certiores facti sumus. Qui consensus in Domino amicitiam, iunctissime conciliat, fouet, conseruat. Gratulamur nobis, aduersusque Dominum impendio gratiam habemus, qui nobis contulit, hoc lucis, hunc spiritum, hanc in Domino concordiam. Igitur hunc libellum, nostro tantum usui ille mox conscripsit, censendumque exhibuit. Nos acceptum, cum iudicio legimus, expendimus, approbauimus, nisi nobis imposuit forte, aut amicam hominispectus, quod charitatē in omnes abunde spirat, aut ardor ad gloriā Dei quo tenemur, ad quam omnia maxime, quæ dicit, quadrat. Putamus enim libellum esse, non solum utilem, sed necessarium uehementer his temporibus, ad contētionēs cōponendas, ad delendas sectas, ad odia restinguenda, quæ inter electos modo acerrima desēuiūt. Nemo fidem prædestinationis, quantum sciam, grandius detonuit, qua cōcepta, libertas arbitrij quæ est ueræ religionis pessima pestis, tanquā in somnum semel euolat. Nemo spiritus arrabonē, in corda electorū diffusū, certius indicauit, unde solatia certissima, qui malis oppressi sūt, expromūtur. Nemo perspicuis notis, uel mediocriter spiritualiū rerum perito, dilucidius declarauit (nam uerum fateri sine inuidia liceat) quis nam sit electus in utero, quatenus
 3 quisque

V. FABRITII CAPITONIS

quisque spiritum obtineat, & quam charitatem
 erga fratrum imbecillitate exercere conveniat,
 hoc est, infinitam, assiduam, in expugnabile. Ex
 quo capite spontanea charitatis officia uber-
 tim fluunt. Quotus enim quisque illum amat
 negligenter, quem persuasum habet, sibi fratrem
 esse, eiusdem gloriae participem, eiusdemque cor-
 poris Christi membrum individuum. Nemo de-
 niq; per involucria prophetarum copedium
 quo recta itur ad arcem intelligentiae, sicut hic
 noster, demonstravit. Nam ad unum quidem
 omnes, aut ad seculum cuiusque prophetae plera-
 que continuerunt, aut in minutias integrum cohe-
 rentemque spiritus contextum diuulserunt. Hic
 noster autem, nam nostrum libenter nomino,
 quem Dei esse certum est, totum sensum Chri-
 sti, qui in illis latet, ex partibus ordine saeculo-
 rum exhibitis, felicissime in totum ac summam
 expedit, eo ordine ac luce, ut mihi uideor e pri-
 mo statim colloquio eius, maiorem uim ac ra-
 tionem intelligendi, concepisse, quam aliquot
 mensibus improbo legendi labore, ex libris,
 quos optimos tamen, in hebraea praesertim lin-
 gua habeo, uel sperare licuisset. In summa.
 Quia nihil ex ociosa questione, more Anaba-
 ptistarum protulit, sed omnino usus gloriae dei,
 et sensus eorum, qui ex spiritu renati sunt, ita est,
 ut asserit

ut afferit, & sic esse p̄ij omnes, qui legūt, fateantur, oportet, quia quicquid errorū, aut motū est, prope dixerim, mouendū instat. luculēter discussit, confirmataq; fide p̄e destinatio nis magnopere salutarem ueritatē stabiliiuit, ad quā ceu lydiū lapidem spiritus explorent, qui sunt cognituri an sint ex Deo nec ne. Visū est itaq; in publicū cōducere, si inopia degra uatis tanti thesauri copiā faceremus. Quare nobis efflagitantibus, ne donis tantis fraudaret Ecclesias diutius cælando, quæ in commo dum aliorum à Domino accepisset, annus ente sibi Domino, facile annuit. Proinde prælo, opus hoc excudendum, continuo sub lectum est. In qua re, auctori fortassis, parum consultum est, qui duritiem stili, si quæ ex in solētia incidit, leui opera cōmitigasset. Fœtu ra enim prima est, eaq; inchoata, rudisque ad huc, cui mollitudinem, dies, cura postera, ma nusque refingentis, indidisset. Verum enim uero, piorum interest, quàm primum cogno scere, posthabita dictionis elegantia, quod ad gloriam Dei uere pertinet, ut hic libellus ma xime pertinet, ad hæc materiæ difficultas, ut est, sine affectatione p̄spicua elocutionis, at que densissime significanterque tractata, lectoris industriam per se remoratur.

V. FABRITII CAPITONIS

eoq; singula mentem cogitatione insistentis, penitus feriunt, quàm si uolubili dictione conscripra, ad calcem semel perumperetur. Nam cordi non linguæ hæc scribuntur, neq; ut semel legantur, sed ut in omni uita, uiuide exprimantur, donata sunt. Hic in tempore moneo, oro, obsecroq;, ut electi dent operâ, ne quid temere, quod ad religionem attingere putatur, neq; probent, neq; improbent. Vtrûq; uitiosum est, & in utrâuis partem proclinis est lapsus. Etenim fœdû ex æquo est, nihil cuiusquâ, & cuius omnia credere, sed in alterû uitium alterius fuga ducit, si moderatione spiritus caret. Vehementer turpe est, omnes amplecti doctrinas promiscue, esseq; pecus, quod diuiduam unguâ non habeat, neque remandat ingestû semel cibum. Atq; haud scio, an magis culpanda sit, illorû iniquitas, qui quod facultatē ipsorû excedit, aut quod ipsorû nomine nō docetur, diris modis execrantur, & tamē, ut dixi, uulgo utrinq; fere peccatur, quod natura sic sit cōparatum, ut facilitatē credēdi leuitas, cautionē, quæ non intellegis condemnandi calor comitetur. Quãobrem Paulus admonet. Qui nō uescitur, uescentē, inquit, ne iudicet. Et rursus: Probate spiritus num ex deo sũt. Quibus sententijs phibet, à nobis rã reprehendendi

P R A E F A T I O.

reprehendi petulantiam, quam celeritatem credendi quiduis. Ergo sequamur hoc tempore, quod est perfectę reuelationis, spiritum consilij, qui per gradus mature promouet ad sententiam dicendam, qui appendit omnia, diiudicat omnia, explorat omnia, idę ad modũ fidei, hoc est, obseruat, quantũ glorię Dei, quantum abnegationi nostri, quantũq; alijs ad fidendum Deo conferant. Neq; prophetantibus, odio se obluatur, nisi dum per obsignationẽ spiritus certo nouit, ea dogmata glorię Dei derogare, quam filius, qui est in sinu patris, demum enarrauit. Neque uero magnopere dubito, quin uiri aliqui excellentes, tam opinione doctrine, quam exstimatione spiritus, hæc sibi fortiter expugnanda desument, quamuis ad gloriam Dei, ad mortificandam carnem, ad solatium afflictorum, omnia faciant. Quos Dominus in hoc immitteret, ut uideo, quo in pugna minores, ex euentu tandem discant, quam procũ absint à scopo, adeoq; admoneantur ut cum timore Domini, moderate uerecundeq; uersentur apud electos, in quorum fidem imperitum sibi modo perperam uindicant, præiudicareque moliuntur, spiritui sancto, quasi in ipsos energiam docendi totam exhaurisset. In eam iniquitatem intruduntur,

s tam

V. FABRITII CAPITONIS

tam amore sui, quam falsa illa persuasione,
qua putant summam se consecutos, quam
Paulus tamen ingenue fatetur se nondum esse
consecutum. Suaues scilicet homines, scintillam
illam ueritatis uix dum subgliscentem, abso-
lutam lucem reuelationis esse affecerat. Sed
falluntur, ut dixi, amore ac ueneratione sui, quae
confidentes animos, caeco esse iudicio facit.

Postquam nondum à maximo usque ad mi-
nimum Dominum cognoscunt. Nondum cor-
da patrum in filiorum animos coaluerunt. Non-
dum filij & filiae nostrae prophetant. Quan-
doquidem ex parte cognoscimus, ex parte pro-
phetamus, ubi uenerit quod perfectum est,
tunc quod ex parte est, abolebitur, prophetiae
partiales, linguae diminutae, scientiae imperfe-
ctae, partes reliquae omnes, uenturo toti penitus
concedent. Quod quidem à bonitate inge-
niti non pendet, sed à conscientia suae uilitatis,
à uocatione, à gratia Dei omnino depen-
det. Nam non multi sapientes huius mundi &c.
Cave, satur fueris, uerum ad ea, quae à fröte sunt
enitens, iuxta praefixum signum insequitor
ad palmam supernae uocationis Dei, per Chris-
tum Iesum. Quotquot itaque perfecti sunt,
hoc sentiunt, In cognitione Dei subinde per-
gunt, & hoc magis in ascensu contendunt,
quo remotius à terra euaserint in altum. Jam
quicquid

P R A E F A T I O .

quicquid est, et potest Deus, infinita inexhausta; scriptura cōplectitur, adeoq; modis omnibus perfecto homini, semper deest, in qua re deinceps perficiatur, quā spiritus, suo cuiq; tempore, dum proderit, reuelabit. Neque propterea Deo minus sum charus, quod ad secretos amplexus cognitiōis suae nondū admittor, multaq; in scripturis tarditatem meam fugiunt, Hoc scio. Nihil esse in scripturis, quod uiuo sensui fidei meae repugnet. Pleraque tamen partim cognosco tenuiter, partim prorsus ignoro, partim quod peius est, secus accipio, doceoq; alios, quam sint à spiritu dictata. Quod sit, propterea quod nihil nescire uideri uolo, locisq; mihi familiaribus, quibus regno, inepte ac frigide inseruio, & omnia uelint nolint inseruire cogo. Quid igitur? Insaniam ne propterea, quod puer aliquis prodit, me Rabino tanto, scientia spiritus instructior, qui quidem & possit & soleat, omnia syncerius, quam ego discernere, atque componere?

Perfecto haud feram inique, nisi Dominus hanc mentem eripiet. Id ne fiat, cauebo sedulo, ne quid per contentionem, & praefractius, neq; quolibet in quolibet petulantius. Quaedam intemperantia corrupti, iudicis irā in se concitant. Electi enim, ne mireris, impingunt

V. FABRITII CAPITONIS

gunt se penumero, abeuntque in preceps, quod uocationem anteuertunt, aut quia de se benignius sentiunt, & alios sentire uolunt. Vtraque enim lues pijs mentibus insidiosa instat: Qui in ciuili causa, re bene inspecta, cautim ac timide pronunciat, is raro fallitur. Multo minus nos in fraudem ueniamus, si moderato examine rem diutine peruestigantes, nihil definire sustinuerimus, quod spiritus in nobis, motusque ille atque incita uis quæ ad gloriam Dei pertrahit, prædare non iubet. Porro electum Dei nihil perturbet, si maxime Iuda & Ephraim, hoc est, populus Dei inter se odij acerrimis digladiantur, nam ita fieri tam diu necesse est, donec manifeste ueniat, qui pacificabit omnia in sanguine suo. Inscitia & ignorantia Christi coniunctissima unius corporis membra, ceu morbus aliquis dirimit, qui rursus unum Christum, ubi perfecte reuelatus fuerit, sibi in caput præficiet, inter se coalescentes artissime. Interea, sicut sub regibus Israel à Iuda, ita inter nos, electi sub tot capitibus adducibus distinemur, quot sunt ubique gentium, qui sibi ius magisterij asserunt, spiritusque amplitudinem, quisque ad fidei suæ modulū cohibere student. Ergo et nostrum nomen, si quod est, & aliorum, quicumque in precio habentur, Dominus cito perdet, quo Christi sui gloriam,

P R A E F A T I O.

riam, per quem, & in quo omnia reparatur, in apertum celerius perducatur. Quod ut prospere fiat, opto, imò scio propediem fore, aut potius coram iam nunc uideri uideor, quam sint in gloriâ futuri omnes, quos uulgi uanitas, laudibus uehit, detrahit potentes de sedibus, ut humilē Christū suum exaltet. Quin hoc opus Cellarij nostri, quamlibet egregiū. Et Buceri Mattheus, qui multa supra uulgi iudicium sobrie docet. Item Hoseas, Malachias & Ionas noster, in quibus pro mediocritate nostra, quæ Dei & ueritatis sunt, prosequemur, nō alieno nimiū genio à phrasi Cellarij. Opera in quâ nostra, cum suis autoribus, hoc est, nobiscū, ut est hominū cōditio, omnia cadent ac interibunt, nobis uolentibus. Hoc scimus et scribimus tamē, in præsentē duntaxat usum, dum maiora Dominus reuelabit, sicut hac ætate omnino reuelaturus est, ubi ipse suos pascet ac ducet, depositis planè umbris, in lucidissima ueritate. Scientia enim Domini sicut aqua opplebit terrā, hætenus partius et paucis ea cōtigit. Interea uale et sustine Dominū per tolerantiam animi, in Christo IESU te cōfortet Amen. Argent. 12. Julij. An. 1527.

LOCI INSIGNIORES:

- P**rouidentia Dei, fol. 1.
 Creatio electorum, fol. 2.
 Creatio secundi Adam, fol. 3.
 Casus primi Adam, fol. 4.
 Status electorū in Christo post casum, fol. 4.
 Sanctificatio electorum in utero, & experientium electionis in nobis, fol. 5.
 Casum electis non nocere, fol. 8.
 Diuersa ratio casus electorum & reproborum, fol. 10.
 Duo in electis homines, fol. 10.
 Vfus carnis & corporis peccati, fol. 11.
 Deseruntur electi ad tempus solum, fol. 15.
 Quo consilio Domino eadem placeant & displiceant, fol. 15.
 Imbecilles in fide & eorū tractatio, fol. 17.
 Promissio Dei exigit prædestinationis fidem, fol. 22.
 Prædestinationis fides non extinguit timorem Dei, fol. 21.
 Timor *ἠοθεσία* crescit in electis, fol. 25.
 Consiliū de prædestinationis iteratione, fol. 24.
 Filiorum regni cogitatio de prædestinatione, fol. 25.
 Filij Dei sunt uere dij per participationem deitatis

LOCI INSIGNIORES.

deitatis & spiritus, ut Christus Iesus plene Deus est, spiritum ad mensuram non habens, fol. 23.

Secunda Eva, fol. 25.

καλιγγενεσία mortificat naturam, fol. 28.

Maledictorum natura, fol. 33.

Maledictis spiritum adoptionis non dari, fol. 38.

Peccatum in spiritum sanctum, fol. 34.

Quae incredulitas damnet, fol. 25.

Non omnes uasa ignominiae esse, quibus hic

Euangelium non illuxerit, fol. 36.

Euangelium etiam mortuis reuelari, fol. 37.

Electos deserere in hoc saeculo posse, fol. 40.

Vita electorum, fol. 37.

Mors & interitus maledictorum, fol. 35.

De infantium salute, fol. 38.

Cui damnatio tribuenda, fol. 38.

Electionem ad hoc saeculum et elementa mundi non alligari, fol. 40.

Gentibus nunquam defuisse electionis gratiam, fol. 41.

De institutione & uirtute signorum utriusque

testamenti, fol. 43.

De regeneratione ex aqua & spiritu, fol. 52.

De circuncisionis feminis Abrahamae salute, fol. 53.

Collatio externi Israel cum interno, fol. 59.

Qui infantes celebres sunt in scriptura, & cum

pueros legis CHRISTVS ad se uocauerit, fol. 62 63.

De in-

LOCI INSIGNIORES.

- De infantium fide. fol. 68.
Sancti parentis cogitatio de infantis sui
salute. fol. 71.
Messiah aduentus distinctio. fol. 72.
Ratio exilij Israelis & Hierusalem uasta-
tionis. fol. 76.
Cur Dominus suspendat promissi imple-
tionem. fol. 78.
Occasio reuelandi Messiah per Antichri-
stum. fol. 78.
De futuro regno Christi. fol. 79.
Israelis & gentibus non dum præstita quæ
promissa sunt. fol. 80.
Latissimum regnum Messiah ad analogi-
am fidei. fol. 81.
Locus Apostoli de saluatione totius Is-
rael. fol. 80.
Impletio figuræ captiuitatis Babyloni-
cæ. fol. 84.
De terra sancta. fol. 86.
Reconciliatio Israel & reductio eius in ter-
ram suam. fol. 86.

MARTINVS

CELLARIVS DE
operibus Dei.



Non est mirum, occulto
quidem creationis & *Providen*
dispensationis Dei con *tia Dei.*
silio tam multos offen
di, paucissimos autem
contra peccatum & cę
cas cordis cogitatio
nes, eo uti tanquā uni
co presentissimoq; ui

te ac salutis remedio. Postquam caro sui ab
negationem non sustinet, quam constantissi
mum de omnibus providentię Dei proposi
tum efflagitat. Ut uidelicet in tenebras fidu
cię bonitatis eius intret, & eum omnia in o
mnibus esse, ipsiusq; nutu uniuersa condi, re
gi, conseruariq; comprehendat. Nimirum
quę sui fiducia sibi tota permiffa, uim bonita
tis & gubernationis omnium ignoret, pu
tans uniuersa temere casuq; ferri, neque esse
Deum, qui electorum suorum curam habe
at, & creaturarum salutem prospiciat, scilicet
quę eo impietatis, per cordis cęcitatē perdu
citur, ut abnegata semel providentię omniū
A uirtute

M. CELLARIUS

uirtute dicat. Non est Deus. Contra uero eos,
 qui diuino spiritu aguntur, sic compositos ui-
 demus, ut ex benignitate Dei toti pendeant,
 & in eius cura ac tutela omnia reponant. Ut
 dicant. Hoc prophetę usu & experientia hor-
 nitatis ipsius experti, Domini est cęlum & ter-
 ra, & plenitudo eius. Item hoc. Super te pro-
 iectus sum ex uulua, ex utero matris meę Des-
 us meus tu. Item . Oculi omnium in te spes-
 rant, ut des cibum eis in tempore suo, dabis
 illis, colligent, aperies manũ tuam, satiabun-
 tur bono. Contraria itaq; ratione Dei prou-
 dentia & electio filios lucis et tenebrarũ affi-
 cit. Hos siquidem deſcit, illos autem leuat.
 Hos terret, illos consolatur His desperatio &
 mors est, illis uero unicus spei portus & uita.
 Alteri enim cum ex terra sunt, in terram toti
 procumbunt, terram querunt, terram sentis-
 unt, in cęlum oculos tollere pre caligine, Dei
 lumine destituti, nõ potentes. Alteri aut cũ de
 cęlo desuper, ex Deo renati, originem suam
 trahant, lucem, uitam, & sapientiam cognite
 bonitatis scęlestis patris confestantur. Hinc
 philosophi huius scęculi, quamuis per ea que
 facta sunt, autorem creationis deprehendũt,
 tamen ex eo quod illius lumine carent, suam
 gloriam querentes, conditorem omnium
 glorificare, per inefficax lumen carnis neque
 uolunt, neq; possunt.

Heb. 140.

Rom. 1.
 Philoso=
 phi.

Superat

Superat igitur naturæ vires fidei uirtus,
 quæ proprie experiens & uiuus sensus boni-
 tatis DEI est, in omnia se fundentis, om-
 nia optime & sapientissime creantis & di-
 sponentis, & ex mera clementia prædesti-
 nationis suæ filios regni saluantis. Iuxta
 hoc, per fidem intelligimus perfecta fuisse
 secula uerbo, fide scilicet per quam Propheta
 hoc cecinit. Quam multiplicata sunt opera
 tua Domine, omnia illa in sapientia fecisti,
 impleta est terra possessione tua. Item hoc,
 Quoniam ego cognoui, quod magnus Do-
 minus, et Dominus noster præ omnibus dijs.
 Omnia quæcunq; uoluit Dominus fecit in cæ-
 lo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.
 Hinc non immerito Moses cum historiam
 operû Dei scribere proponeret, à creatione
 mundi potissimum auspicari uoluit, ut mul-
 tifariam conditionis ac dispensationis omni-
 um bonitas ab initio statim nobis nota fie-
 ret. Cuius fide filij regni inbuti, sua omnia in
 potentissimam manum Dei permitterent,
 & illi se totos crederent, qui ut cætera solum
 uerbo suo, hoc est, consilio uirtutis & effica-
 ciæ suæ ex nihilo cõdidisset, eodemq; per spi-
 ritum oris sui condita perpetuo cõseruaret,
 iuxta hoc, uerbo Domini cæli firmati sunt, &
 spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Sic etiã

II.

Fides pro
 uidentia
 & præde-
 stinationis
 Dei iusti-
 ficat.

Prædesti-
nationis
cognitio
reprimit
carnis con-
silium.

Rom. 8.
Ephē. 1.

Fidei iu-
stitia.

Rom. 8.

Consiliū
creationis
electorū.

III.

suos in omnibus tutari procliuis & potens
esset. Quantum autem ad prædestinationis
fidem attinet, scimus illam in scriptura cre-
berrime ad uanissimū de consilijs & cogita-
tionib. arbitrij ac uoluntatis carnis sensum
reprimendū inculcari. Et eandē ad bonitatis
Dei cognitionem alendam ac sustentandam
cum primis necessariam, per quam eris-
am electi, qui se pro sua mensura spiritus, nō
dubitant se ex ijs esse, quos Dominus prius
quam mundus iste crearetur in filios suos ele-
gerit, iuxta hoc. Qui prædestinauit nos ut
adoptaret in filios per I E S V M Chris-
tum in sese iuxta beneplacitum uoluntatis
suae. Agnitio igitur prouidentiae Dei de no-
bis, & ordinationis nostri in uitam in I E-
S V Christo, fidei iustitia est, qua saluamur,
& in filios lucis regeneramur. Quod alicubi
Apostolus monet, cum iustificationem nos-
tri & glorificationem prædefinitioni tribu-
it, inquit: Quos prædefiniuit eosdem et uo-
cauit, quos uocauit eosdem & iustificauit,
quos iustificauit eosdem et glorificauit.

Quā quidē liberę electionis & prouidentiae
Dei fidē nulla res melius quā creationis ho-
minis consilium perdocuerit, quem conditū
post reliquas creaturas die sexto scimus, qui
Domini imaginem per Dominum omni-
um in

um in iustitiæ & innocentia spiritum gereret, que cum in nulla creatura perfecta esse poterat, nisi eadem simul particeps deitatis plene fieret, non potuit in primo Adam plenissima similitudo, ut quem ad mensuram & certum modum spiritum accipere conueniebat, absolui. Placuit igitur Domino iusto consilio, secundum Adam creare, qui absolutissimam speciem suam exprimeret, & caput perfectionis spiritualis foret, ex cuius plenitudine nos ueluti membra corporis ipsius, quod est Ecclesia cui ipse caput præficitur, acciperemus, & per ipsum filij excelsi efficermur. Ut quemadmodum in animali uita mulier facta est propter uirum ex ossibus & carne eius, ne solus esset, sic in spirituali inquam secundus homo conditur uita, propter Christum uirum & caput sponsæ suæ nos electi fingeremur. Ut maritus ille non ex terra ortus, sed de cælo ueniens spiritu sancto formatus, ne solus existeret, ex ossibus & carne sua edificatam mulierem haberet, in qua omnes thesauros sapientiæ & bonitatis Dei iuxta mysterium quod Apostolus ad Ephesios tractat, effunderet, quo infinita beneficentia Dei patris erga nos elucesceret, & eandem glorificandi amplissima fidei electorum materia & argumentum suppeteret, ni

Gen. 2.

Consilium
creationis
secundi
Adam.

mirum unde sciremus nobis omnia cōmunia esse oportere, cum eo quem Deus in caput perfectionis, super corpus suum, quod nos sumus, constituisset, cum neutrum sine altero consistere possit, & necesse sit eandem carnem, eadem ossa, eandem uitam ac animam, capitis & corporis & membrorum existere. Hinc perdiscentes nos diuine nature consortes fieri, filios Dei regenerari, heredes scribi, iuxta modum spiritus sancti, se in totum corpus pro cuiusque membri natura et captu a capite diffundentis, ut **C H R I S T V S** plene deitatis capax est, ut plene filius & imago Dei est, ut absolute heres est, omnes diuitias opes & thesauros sapientie patris in se reclusos continens, plenoque Domino omnia in omnibus occupans, in quo electionis Dei consilium sic positum est, ut nisi ipse magnitudinem gratie & bonitatis sue in filio suo unigenito manifestare uoluisset mundo, nec predestinationis nostri nec effusionis benignitatis illius constaret ulla ratio. Quam etenim ut orbi approbaret, ac amplissime declararet, placuit in plenitudine temporum dilectum suum, in redemptionem eorum in mundum mittere, quos ipse in uitam in **I E S V** Christo in laudem glorie sue ante fundamenta mundi iacta destinaret,

stinarat, & hoc est citra controuersiam, magnum illud pietatis mysterium in Ecclesia Dei uiuentis columna & stabilimento ueritatis, in qua DEVS manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, prædicatus est gentibus, fides illi habita est in mundo, receptus est in gloria. 1. Tim. 3

I III.

Ratio causa primi Adam.

Mirabili itaque Dei consilio factum est ut primus homo erectus non persisteret, sed serpens astu qui Satan est, in fraudem illectus ac blande inescatus de ligno scientiæ boni & mali comederet, & sic in casum gustato mortiferi ligni lætali fructu impelleretur, ut inde occasione accepta Adam cum tota electorum posteritate, benedictionis omnium semen Christum I E S V M Dominum nostrum expectaret. In quo redemptionis & resurrectionis gloria maior & illustrior fieret, quam fuisset creationis, sicque deinde Dominus per spiritum renouationis uniuersi clementiæ & misericordiæ suæ opes ac thesauros omnibus aperiret, explicaretque qui prius absconditi erant, quam peccatum intrauerat. Porro ut super omnes gratia ueniret in peccatum omnia iuxta scripturam concludi oportuit, ut debitus & decens operum Dei ordo ac series procederet. Quis enim testande gratiæ fuisset locus, si ostendende iræ ma-

Rom. 11.

teria nulla obtigisset: quis gustus uite æternæ
 & spiritualis cōtingeret, si nullus mortis seu
 sui locūs patefieret: quæ demum experientia
 regni gloriæ & maiestatis Dei futura fuisset,
 si nulla crucis & ignominie cognitio per pec-
 catum incidisset: Hinc illud celebre, electis om-
 nia cooperari in bonum, & hoc in Christo
 I E S U, qui si solus enarrat gloriam gra-
 tie & sapientiæ patris, in cuius est sinu Adam
 status & omnium prædestinatorum post ca-
 sum, si reconciliationis gratiam spectes, de-
 terior non est factus, quam antea cum ille ne-
 scius boni & mali erat, extitit. Imo hoc glo-
 riosior quo post præuaricationem maior, lar-
 giorq; admirandæ bonitatis Dei prædicandæ
 occasio per innocentissimi & sanctissimi se-
 minis promissionem exhibita fuit, per quod
 non solum reconciliari nos D E O con-
 tigit, & delicti ueniam impetrare, uerum-
 etiam maiore gloria; quam creatus est
 primus homo renouari, in spiritum uiui-
 ficantem uidelicet, per nostri glorificatio-
 nem, priore Adam in animam uiuentem
 condito, quæ animales uires quales sunt ali,
 auferre, somni & uigiliæ uices obire, libe-
 ros educare &c. potissimum exercet. In cuius
 faciem Dominus ut primum animali aura ui-
 tam naturalē insufflauit, sic in secundi Adá,
 hoc est,

Post ca-
 sum electo-
 rum status
 deterior
 nō factus.

hoc est, Christi Iesu liberorum non expulsete terrâ, sed ex cælo oriundorum faciem spiritualem uitam uiuifico afflatu suo inspirat, taceo contra sæuientem peccati uim, tot & tam augustos triūphos, tam magnificas contra mortem & potestates tenebrarum uictorias, taceo tot & tam insignes gemitus ad patris clementiam, tot suspiria spiritus pro redemptione corporis peccati, nunquam non uacatione & inducijs datis, ad pugnam lacensentis grauissimo onere ac sarcina, sileo tam locupletem ac opulentam sapientiæ Dei donationem & roboris fidei in nostris infirmitatibus, & in quotidiana ista crucis & aduersitatum iactatione accessionem, in qua Deum super omnia magnificare, & nostras uires quàm nullæ sint explorare perdiscimus, si mulq; admirabilem operum DEI cursum & ordinem, quem in omnibus constantissime tenet, animaduertere, qui per peccatum gratiam ostendit, per stulta mundi sapientiã suã prodit. Abelos, hoc est, uasa gratiæ per Cayn, hoc est, uasa iræ patefacit. Potentiã per infirma huius mundi declarat, gloriã post ignominiam crucis manifestat, donec electi uarie exerciti et sibi in omnibus resignati in solâ bonitate illius qui oïa sapiētissime gubernet & agat, confidenter & indubitanter respiciant.

A s Vt etiam

*Operum
dei tenor.*

V
*Experimē
 tum electi
 onis in no
 bis.*

Ut etiam natura fidei est post istam operum **D O M I N I** expertam cognitionem in liberum Prædestinationis propositū spectare, ut cogitet: Ecce cælestis pater, placuit tibi ex mera bonitate tua nobile creaturam in qua laudis opificij tui specimen ederes priusquam quicquam essem, me creare. Placuit deinde cum scires me nascendum, natura filium iræ & uas perditionis, filium gratiæ ac uas honoris sanctificatum in utero in lucem producere. Placuit item, quo uirtutis tuæ præberes in me documentum, non uno crucis & tentationis genere, cum scintillas spargere fidei lumen cœpisset, ego attentarer. Placuit postremo quo certissima uitæ spes mihi fieret spiritum sanctum tuum arrabonem deponere. Sentire autem sic de Deo quid aliud est, quàm duci & libere ac incontanter prædestinationis sensu agi: qualis est in omnibus, qui uel medioctem solum gustum misericordiæ Dei habent, ut dicant cum Propheta. Quoniam multiplicata est super nos misericordia eius, & ueritas Domini in æternum. Item Bonus Dominus omnibus, & miserati ones eius super omnia opera eius. Electio itaque ut nō fallit, sic nec fides fallit, quæ ex ipsa nascitur & in eandem contentis oculis respicit. Et hæc est consolatio longe certissima, cuius suos

ius suos admonet Christus, cum hortatur eos ne gaudeant, quod potestatem calcandi super serpentes & scorpiones & super omnē uirtutem inimici, & quod spiritus subiectos habeāt, sed gaudeant quod nomina sua in cælis scripta teneant. Et hoc est gaudium de quo Propheta. Et lætabuntur omnes confidentes in te, in æternum exultabunt, et proteges eos, & iocundabuntur in te diligentes nomen tuum, cuius gaudij experientia, ut solum ex prædestinationis in CHRISTO fiducia exortur, sic eadem electis solum propria est, & peculiaris & in ijsdem propter sanctificationem ipsorum in utero primum gliscit, donec subinde facto maiore incremento, in iustam firmitatem ueniat. Interim promicantibus diuinæ lucis scintillulis per prædestinationis gratiam insitis, per quas electi à puero cuiuscumque nationis ac status sub sole sint, cum rationis usus prodit, bonitatis Dei submonentur, & occultis suspirijs ad misericordiam eius cum peccatum in membris mortis sollicitat, ingemiscunt, quæ non cessant donec Dominus reuelato Euangelio de filio pleniore luce cor illuminet, & in certam fauoris spem crescentis spiritus testimonio obstringet, scintillaque illa cælestis uelut inter emortuos cineres sublucens reuiuiscat, & sparsum lucis

Lucæ 10.

Psalm. 5.

De semine
Dei et sanctificatione electorum in utero.

lucis semen in segetem constantis agnitionis
 clementiæ patris maturescat. In quo semper
 chari sumus Deo à uulua, nimirum quòd in
 seminet, non natura, sed gratia, quod inferat
 non caro sed spiritus, quod non ex terra tri-
 bulos & spinas ferente enascatur, sed de super
 de cælo cordibus nostris indatur, in tempore
 suo cum agricolæ placuerit terra pluuijs &
 imbribus cælestibus uitalis sermonis Dei irri-
 gata, & crucis sarculo subacta, uberrime fru-
 ctificaturum. Propter quos igniculos lucis &
 uitæ æternæ electi, in utero sanctificati, perpe-
 tuo anteaquam etiam Christus per Euange-
 lium innotescat. Peccato in corpore mortis
 irritanti remurmurant. Quod Apostolus uo-
 luit, cum scribit gentes quæ legem scilicet scri-
 ptam non habuerant, natura fecisse quæ legis
 erant, per insculptam uidelicet istam seminis
 spiritus sancti legem, quæ uocatos ex gētibus
 occulto quodam impetu, instinctuque ac sen-
 su bonitatis ac iustitiæ Dei afficere potuit, ut
 quæ scirent esse mala deuitarent, ac quæ bo-
 na & recta diligerent, quod seminaria ista fi-
 dei lex indita quædam reuerentia sit operum
 Domini per quâ propensi uocati sunt omnia
 facere, quæ ad gloriã eius pertinere sciunt, iux-
 ta hoc. Beatus uir qui timet Dominũ, in mā-
 datis eius uolet nimis. Ex quorũ ignorantia
 ad tem-

Semina=
 ria fidei
 lex.

ad tempus elementa mundi & idololatriam
 iustitiæ operum Zelo sequi ut superioribus
 sæculis sub Antichristo in orbe longe late que
 grassante accidit, & cum Apostolo Euangeli
 um inscienter persequi possunt, donec meli
 us docti in sana uerbi doctrina recti inambu
 lēt. Quam inscriptam sancte & uolendi & ui
 uendi propensionem scriptura timorem dei
 uocat, & eundem principium sapientiæ fa
 cit, qualis fuit in Cornelio priusquam bene
 de regno Christi per Petrum institutus erat,
 quo nomine etiam eleemosynas illius in me
 moriã habitas coram Deo scriptura fatetur.
 Qualis item fuit in his de quibus in Actis Apo
 stolus. Viri fratres et filij Abrahæ, & qui inter
 uos timent Deum, uobis sermo salutis mis
 sus est, & hæc est caussa cur inscriptura timor
 Dei tantopere laudetur, quod uiua plantaria
 fidei cū tēpore in plenitudinē suã perducēdæ
 contineat. Qui timoris spiritus iuxta prophe
 tam opus reuelationis Domini auspicatur
 & idem per reliquos spiritus quos propheta
 memorat absoluit, & infusa quædam per
 electionem, quasi que elementaria *εισαγωγῆ*
 est, electorum pectora primum rudia & im
 perfecta, docilia, attenta ac sequacia ad cæle
 stem spiritus sermonem percipiendū præ
 parans, in quæ tanquam in cæram liquefactã
 cognitionis dei imago imprimatur, quem

Prouer. 1.

Actor. 10.

Actor. 13.

Spiritus ti
moris.

hoc nomine scriptura thesaurum domini uocat, in quo omnes opes cognitionis sapientie & reuelationis caelestium bonorum sint reconditæ, qui principium conuersionis ad dominum, in nouam uitam complectitur, de qua propheta. **Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.** Qua conuersione conuersione scilicet, quæ ex amore isto & ueneratione iustitiæ & bonitatis Dei oritur, non illa quæ uel ex odio inferni, uel amore premij constat. Qualis est in seruis, & non in filijs Dei, in quorum regeneratione, per spiritum timoris, primum lapidem Deus ponit, & hac benedictione feminis sui nostram renascentiam & externum uerbum anteuertit. Quæ cum carent maledicti in utero, nullus illis ad regnum Dei aditus patet, quibus fons uite, timoris domini, in uitam æternam saliens, obturatus est, & solum reuerteris domui David, hoc est, electis in ablutionem peccatoris et menstruatae. Qui hac ratione solum Euangelium regni cum fructu audiunt, quod ex deo & ex ouibus Christi sunt, cordaq; antea procliuitate ista bene sentiendi de deo, parata habeant. Et hoc est, quod dominus de impijs pharisæis faterur, eos scilicet suam uocem non audire, propterea quod non sint ex deo, & de quibus suis, & alibi scire se testatur, quos elegerit,

Spiritus timoris conuersionis ad Deum principium.

Proue. 14. Maledicti carent timore dei.

Ioh. an. 10.

gerit, qui uidelicet sermonis regni essent par-
 ticipes. Hinc hoc in Actis. Crediderunt quot *Acto. 13.*
 quot ordinati erant in uitam, præueniente
 plenitudinem illustrationis, post iactum lu-
 cis semen prædestinationis sanctificatione,
 quæ efficit ut peccati maledictio uocatis noce-
 re nequeat, sicq; quod natura sumus filij ire
 per electionem sumus filij gratiæ, & quod
 peccati uicio sumus filij mortis, seminis Dei
 beneficio constituimur filij uitæ, superante
 præuaricationis maledictionem benedictio-
 ne prædestinationis.

Hinc agnoscis cur Adâ primo electorû post
 amissum innocentia et ueritatis spiritû casus
 nõ hoc uult: Quia ex uocatis erat & plantariû
 iustitiæ nondû totû exolescebat cû delinque-
 ret, et idẽ in Christo secûdo Adam potentius
 et efficacius in uitã excitandum erat, quã exci-
 tabatur priusquam laberetur. Vbi ignaro bo-
 ni & mali experiundę gratiæ & iustitię mate-
 ria prescindebatur, quo fiebat etiam, ut post
 casum terra solum, ex qua factus erat, cum
 serpente malediceretur. Secus de Cayn pri-
 mo, cum serpente homicida, quem succubu-
 iste peccato, & maledictum super terram ex-
 eo quod serpentis semẽ erat, scriptura cõme-
 morat. Præterea Dauid adulterium cõmisit,
 & hoc facinore non contentus, homicidium
 etiam

Adam.

VI.

Amplifica-
 tio ab cxẽ
 plis præua-
 ricationẽ
 uocatis nõ
 nocere.

Cayn.

Cur ser-
 pẽs maledi-
 ctus non

Adam.

Dauid.

etiam addidit. Verum adulterium cum homicidio tam horrende labentem, cur non totum à favore dei abalienauit: quod ex electis erat, & per legem peccati in membris sitam lege spiritus cordi hominis qui intus est inscripta, reluctante, deliquerat, nolens itaque lege mentis id, ad quod inducebatur, lege carnis perpetravit, & bono suo non malo cecidit, nimirum ut inde per agnitionem peccati & crucis uerbere castigatus, ex corde ingemiscere disceret. Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Salomon item cum sancte diu coram deo uixisset, sapientissimi regis nomen adeptus, postea tamen si præmonitus in abominabilem libidinem & execrabilem idolatriam incidit. Verum cur delicta ista tam gratia in capitis periculum eum non adduxerunt, ut penitus periret, & favore Dei totus excideret: quod in fœdere gratiæ sempiterno, erat & cadendum illi fuerit, ne ipse propter tantam regni tranquillitatem, & amplitudinem uerus Messiach putaretur. Cuius Salomon prior, li-
 teræ et umbræ solum typum gerebat, & alter Salomon uerus rex pacis, de femine & lumbis David, super thronum ipsius sessurus expectaretur. Cuius regnum non terrena, sed celesti
 non

Salomon.

non umbratili sed uera, non carnali sed spiri-
 tuali tranquillitate pacis illustre et sempiternū
 foret. Sic de Mose, sic de Aaron, sic de Ozia
 et Ezechia &c. Cæterū Petrus ter negauit &
 cui parū fuisset ter negasse, execrationem etiā
 addidit. Verū cur negatio cū execratione eū
 nihilosecius dei gratia adeo non destituit, ut
 etiā Christus cū sciret hoc futurū eum tamen
 mundū confiteretur, & nulla re opus habere
 pronuociaret, quā ut sibi pedes lauari per-
 mitteret, hoc est, ut in plenam ueniret reno-
 uationem cordis? Quia ex uasis gratiæ fuit
 & iuxta electionem semen uitæ habebat in-
 terno homini inditum, per cuius monitio-
 nem pronus fuisset sequi Christū quocunq;
 uocasset, & propensus quoduis capitis discri-
 men adire mortemque quantumuis duram
 perpeti. Iuxta hoc: Spiritus promptus caro
 uero infirma. Carnis autem imbecillitate in-
 pulsus ruebat, quo minime per mentis legē
 cupiebat deflectere. Atqui labebatur ut carnis
 fiducia, qua supra ceteros efferebatur, tota cō-
 cideret & humiliatus disceret cum omnibus
 sanctis quid hoc sibi uellet. Ne gloriatur ulla
 caro coram ipso. Item qui stat (ut habent ele-
 cti quoque suum casum de quo cauendo an-
 xie per legem, per monitiones & exhortatio-
 nes præmonentur) uideat ne cadat, & exper-

Petrus.

M. CELLARIUS

Iudas.

Iohan. 17.

*Nostri se
culi exem
pla.*

tus vires suas in posterum robur & fidei ner-
uos à solo domino pereret. Iudas uero & ple-
rique ex scribis & pharisæis ad mortem pec-
carunt. Cur uero Iudæ proditio & pharisæis
contemptus sermonis regni cælorum capita-
lis fuit: quia filij perditionis et ex ouibus Chri-
sti non erant, & semine cælestis regeneratio-
nis carebant. Proinde inhabiles qui percipe-
rent cum fruge Euangelium uitæ æternæ, &
peccati remissionem consequerentur. Secus
de Apostolo, secus hodie de multis ex totius
orbis gentib. et Iudæis, secus de plurib. qui su-
perioribus sæculis in Antichristi erroribus
hinc decesserunt, quos ignorantia Euangelij
si qui fuere ex electis, et implantatum recte et
sciendi ueritatem et sancte uiuendi desiderij
um in Christo, et per Christum insitum Deo,
excusat, et à mortis iudicio liberat, delictum
q; eorum cum errore placabile reddit. Taceo
itē nostri sæculi exēpla, nā sunt hodie multi ele-
ctissimi filij Dei, in quibus non ignaris Chri-
sti, carnis et spiritus potentissimi affectus fe-
rè ex æquo regnant. Verum cum spiritus po-
tior est carne, uita morte, misericordia ira,
Christus Satana, tandem maledictionem
peccati, uincet benedictio gratiæ, atq; palam
fiet, illos in hoc potissimum cadere, ut electi
posthac desinant carnem brachium suum po-
nere

nere et experti omnē hominem mendacium esse, D O M I N O solum confidere discant, persuasi quemque pro se per revelationem fidei sermonis spiritus, in constantem & firmam cognitionem ueritatis ducendum esse, per quam etiam si totus mundus diuersum sentiat, & omnes angeli de caelo descendant, & aliud doceant, inconcussē & per seueranter uerō interna unctionis D E I ob signatione certificati et in nullius hominis uerbis iurati adhæreant. Et hoc est ambulare in fide & D E I lumine, hoc est arram spiritus accipere, hoc est libere & erecto uultu in conspectu D E I incedere, & non moueri quouis doctrinæ uento qui ingruat & ruinam intenter. Hoc est audire quid D O M I N U S in nobis loquatur, doceat et moneat, per reuelationē beneplaciti sui in omnibus, & non curare quid homo puluis terræ & fœnum agri sentiat.

Ad rē, diuersa igitur ratio est casus in uocatis & reprobis. Hi nimirū intus & foris ^{ad dei} *Diuersa ratio casus in electis & repro-* cū delinquant, sic delinquūt, ut nulla spiritus lege intus et in corde eorū collucente ac diuersū monente delinquāt, quæ generationē domini, ut quorū cogitationib. nullus iuxta pphētā deus intersit, carēt, gemitib. ad gratiā dei *bis*

B 2 prorsus

Psal. 9. prorsus uacui & iræ eiusdem iuxta contem-
 ptores, qui perpetuo θεομαχοῦντες in corde
 suo dicunt. Non mouebimur, oblitus est De-
 us, abscondit faciem suam ne uideat, secus de
 electis qui quod ex deo sunt nunquam ex eo-
 rum cordibus sic memoria bonitatis illius
 decidit, quin in occulto suspirant, & cum ad
 se redeunt modiceque se colligunt, dicāt: Do-
 mine ignorantias meas ne memineris. Quo-
 rû cōscientias scintillæ lucis æternæ sēper per
 interualla saltē, de iudicio et misericordia do-
 mini refricant ac percussūt, in quibus tota præ-
 uaricationis labes, ex homine qui foris est,
 hoc est, ex carne homine interno in uulua san-
 ctificato per spiritus sancti seminarium, de
 suo nisi quatenus concupiscentiæ errorum
 illecebris corrūpitur, nihil addente, dimanat.
 Hinc crebra illa Apostoli mentio, de pugna
 carnis & spiritus, de corruptione hominis ex-
 terni, & renouatione interni, quorum alter
 ex terra est terrenus, alter uero de cælo est cæle-
 stis. Alter hic non reparabilis, sed in puluerem
 terræ, unde est factus, redigendus, alter uero
 æternus & in fauillas nunquam rediturus, re-
 staurabilis & ueritatis agnitione de die in di-
 em renouandus, sicque duos homines in fi-
 lijs regni prorsus contrarios, mirabili Dei
 consilio in exercitium et experientiam operū
 gratiæ

Casus in
 electis ex
 homine q̄
 foris est.

Collatio
 hominis
 externi et
 interni.
Gene. 1.
Ephesi. 4.

gratiæ & uirtutis eius reperias. Alterum car-
 nale et animale ex terra, cibus perituris ue-
 scentem, & naturalibus uiribus intentum: al-
 terum cælestem et spiritualem cibo uerbi dei, et
 spiritus uirib. cognitionis sermonis de regno
 cælorum sustentatū. Alterum quærentem per-
 petuo quæ sua sunt, alterum quæ Dei & ele-
 ctorum. Alterum procliuem deserere hoc sæ-
 culum, & uitam profundere ut libere munici-
 patum suum in cælis habens, ab huius mundi
 fluctibus uelut naufragio ad portum ap-
 pulsus Christo conuiuere possit: alterum ni-
 mium addictum uitæ & huius mundi cupi-
 ditatibus, Alterum à se pendente totum: alte-
 rum per prouidentia fidei omnia expectantē
 à manu dei, & ea causa æquissime ferentem
 hominis qui foris est, aduersitatē, per quā exer-
 citus nimirum, sic cogitat. Ecce pater cælestis,
 corpus hoc peccati totum in hoc est, ut nego-
 tium mihi uolenti sanctissime uiuere faces-
 sat, & in omnibus spiritui pie & recte monen-
 ti rebellet, eiusq; legem quantum in se est sup-
 primat, stranguletque, libenter igitur feram
 quamcunque tu crucem immiseris, famem,
 sitim, estum, frigus, paupertatem, morbos,
 persecutionem, & tandem quantumlibet eti-
 am acerbam mortem, quo facilius hostis ille
 meus plusquā intestinus sub iugum imperan-

*Cogitatio
 noui homi-
 nis & cru-
 cis usus.*

2. Cor. 5.

Ufus cor=
poris pcc=
catt.

tis ac dirigentis spiritus tui, deferuescente ac residente concupiscentiæ feruore mittatur, ut qui cum res iuxta desiderium suū succedit, crucis defuetudine efferatior factus, nimium effrenis lasciuit ferociterque recalcitrat. Iam autem afflictionis flagello fractus, imperio legis tuæ minore negotio obtēperet, & homo interius promptius ac feruētius munus suum amādi et cognoscendi tui obeat, in quē etiam usum crux filijs regni infligitur, & tam diu cū legis castigatione manet quā diu carnis ad pugnam nunquā non laceffentis tabernaculum circumferimus, in quo ingemiscimus ad æternum tabernaculum in cælis, ut in omnem patientiam induremur & contra omnem aduersitatem nostris cordibus tolerantiaē callo obducto obfirmemur, gaudentes si hic caro suæ integritati restitui, pleneque spiritui subdi non possit, crucis tamen onere ac sarcinam uectigalem fieri, donec per plenum imperiū Dauid noster Christus Iesus in omnes hostes suos uictoria potiatur. Interim hunc corporis peccati & crucis fructum sentientes, ut dicamus. Ecce pater membra ista mortis toleranter feram, quæ ex perior meo bono non malo te mihi adiunxisse, quorum uidelicet importuna ad malum sollicitatione, & crucis quotidiana maceratione edoctus, cetero discam

to discam nos cinerem & puluerem esse, inq̄
 tuam clementissimam manum omnia per-
 mittenda, perque te solum stare, ut ex mera &
 gratuita misericordia renouantis spiritus tui
 saluemur, cuius impulsu libere profitemur,
 Bonum est mihi, quia humiliasti me, ut dis-
 scam iustificationes tuas. Item castigasti me
 Domine, & eruditus sum quasi iuuenculus
 indomitus, quo hoc Petri spectat. Cum igitur
 CHR I S T V S passus sit pro nobis, car-
 ne, uos quoque iuxta eandem cogitationem
 armemini, quod qui patiebatur in carne, de-
 stitit à peccato, in hoc, ut iam non concupi-
 scentijs hominum, sed uoluntati DE I quod
 super est in carne tempus uiuat. Quæ igitur
 in uocatis carni decesserint, spiritui magno
 lucro accedunt. Et uicissim, quæ carni acceffe-
 rint, spiritui decedunt, sicut cum caro est in lu-
 ctu, spiritus sit in tripudio, & cum caro est in
 morte, spiritus sit in uita, cum caro est in igno-
 minia, spiritus sit in gloria, cuius uita est in-
 teritus carnis & abolitio corporis peccati, &
 uicissim carnis uita, interitus spiritus, in qua
 qui sunt, deo placere non possunt, cuius affe-
 ctus inimicitia est aduersus Deum, nam legi
 DE I non subditur & nec potest quidem,
 quam Iacob supplantationem prius uincere

Psal. 119.

Hiere. 31.

1. Pet. 4.

Roma. 8.

Mysteriū

uictorie

Iacob.

Gene. 32.

B 4 oportebat

oportebat quã uictor fidei uictoria euaderet.
 Ira antea uictus in carne, fractis concupiscen-
 tiæ & uiriũ naturæ lumbis quã uictor in spiri-
 tu nobis in exẽplũ emerfit, qui nihil à domi-
 no impetrabimus priusquam in lucta fidei cũ
 ipso, nostra uirtus, cum corporis mortis cupi-
 ditate mutila et elũbis sit facta, & spiritus san-
 ctus, hoc est, uirtus dei ac $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\gamma\alpha$ sola in nobis
 reuixerit, qui spiritus cum secundum deum
 intercedit pro sanctis cui efficaciter oranti ni-
 hil negatur, omnia exorator obtinet & non
 cessator quicquid postulauerit, consequitur.
 Hinc quæ prærogatiua dignitatis sit homini
 concessa præ cæteris creaturis facile deprehẽ-
 ditur, cuius in Genesi ad imaginem dei facti
 à Mose fit mentio, cum creationis angelo-
 rum quos iuxta Apostolũ iudicabimus, tace-
 atur, cuius carnem uerbũ patris induit, ut in
 ea consiliũ redẽptionis uniuersę creature mũ-
 do notũ fieret, cui omnes angeli et domiari-
 ones seruiũt, propter cuius restitutionẽ tota
 creatura in sui ipsius quoq; liberationẽ suspi-
 rat, cui scripturã $\theta\epsilon\omicron\varsigma\omega\upsilon\epsilon\upsilon\varsigma\eta\mu$ dominus tradit,
 in quo demum omnia mirabilia opera sua in
 ista admiranda experiẽtia iræ et gratiẽ, iustitiẽ
 & iniustitiæ, imbecillitatis & roboris, uitæ &
 mortis, lucis & tenebrarum, stultitiæ & sa-
 pientiæ in laudem gloriæ nominis sui in ista
 duplicis

Præroga-
 tiua digni-
 tatis homi-
 nis præ cæ-
 teris crea-
 turis.

duplicis hominis pugna in electis exercet.
 Hęcobiter indico, ut scripti in libro uitæ bo-
 nitatem Dei patris quam homini in creatio-
 ne & restitutione eius in IESV Christo ho-
 mine, in quo omnium creaturarum salus &
 perfectio uelut in cardine uertitur, exhibet, cū
 gratiarum actione animaduertant. Ad insti-
 tutum, secus uero res in reprobis habet, qui
 ista pugna carnis & spiritus carent, quod sui
 ubiq; similes, & per omnia cum serpente ma-
 ledicti perpetuo certamine, non cū peccato,
 in quod prono pectore cū serpente toti pro-
 pendent, sed cum sanctissimo & benedicto
 semine Christo IESV conflitentur, cuius be-
 nedictione cum carent, cælestis renascentiæ
 seminarijs uacui, in maledictione perpetua
 manent. Iuxta hoc. Et dilexit maledictionem
 & ueniet ei, & noluit benedictionem & elon-
 gabitur ab eo, hoc opus aduersantium mihi
 a Domino & qui loquuntur malum aduer-
 sus animam meam. Et hoc est quod Iohan-
 nes fatetur. Nos non peccare, quod ex Deo
 nati sumus, & semen ipsius in nobis maneat.
 Et Antichristos è nobis exire, quod ex nobis
 non sint, quamuis si dixerimus peccatum nõ
 habemus, nos ipsos fallamus, & ueritas in no-
 bis non sit, peccamus igitur, sed peccato ex
 gratia Dei condonabili, quod inuiti peccamus,

Reprobi
 carent pu-
 gnacarnis
 & spiri-
 tus.

Psal. 109.

1. Ioan. 3.

B s mus,

*Spiritus
adoptionis
maledictis
donatur
non potest
test.*

mus, prout si per carnis nunquam non ad ma-
lum perlectantis irritationes liceret adhibere
Domini robore, sancte in omnibus & cogi-
tare & uiuere. Peccatum igitur in carne re-
mordens ac obmurmurans in scriptæ legi ui-
scerū, non imputatur ijs, qui in Christo IESU
ad uitam uocati sunt, propter habitantē eius
in nobis spiritum, qui ut maledictis non do-
natur, sic electis non potest eripi, & non esse
proprius, quibus solū Christus IESUS quem
alibi semen benedictionis, alibi ducem, alibi
prophetam, alibi consiliariū & principem pa-
cis, alibi regem, alibi doctorem & germen iu-
stitiæ, alibi pastorem & Episcopū salutis scri-
ptura uocat, mortuus est & resurrectionis uir-
tute exaltatus, iuxta hoc. Sicut dedisti ei pote-
statem omnis carnis, ut quos dedisti ei, det eis
uitam æternam. Item, quos dedisti mihi ego
custodiui. Item, quos dedisti mihi: Volo ut
ubi sum ego, et illi sint mecum. Audis hic eos
habitueros uitam æternā, quos pater Christo
ut saluentur, ex predestinatione dedit, audis
pro illis solum orari, quos pater in Christo in
uitam æternā ordinauit, qui ecōtrario in ma-
ledictos & impios sic orat: Da iniquitatem su-
per iniquitatem eorū, & ne ingrediantur in
iusticiam tuam, deleantur de libro uiuenti-
um, & cum iustis ne scribantur. Item, effun-
desuper

1048.17.

Psal. 59.

de super illos indignationem tuam, & furor
 ire tuæ apprehēdat eos. Quod enim confor-
 tum Christo cum Belial: quæ cōmunio ius-
 titiæ cum iniustitiā: aut quæ societas luci cū
 tenebris: aut quæ pars electis cum reprobis ut
 eiusdem patris, eiusdem Christi, eiusdem spi-
 ritus, eiusdem hæreditatis & propinquitatis
 celestis sint consortes, & una in membra cor-
 poris & capitis unius coaptentur? At repro-
 bi membra capitis Christi IESV, filij & hære-
 des fierent, si per fidei spiritum sonare blan-
 do gemitu Abba pater possent. Juxta hoc, idē *Rom. 8.*
 spiritus testatur una cum nostro spiritu quod
 sumus filij Dei, adoptionis scilicet spiritus per
 quem clamamus Abba pater, quod si male-
 dicti ac reprobi filij Dei fieri possent, ijdem et
 hæredes fieri possent. Vbi igitur firmū electio-
 nis & reprobationis in Deo maneret propo-
 situm: ubi rata & perpetua filiorū lucis bene-
 dictio et cōstans maledictio filiorū tenebrarū
 persisteret? Proinde aut nulla uasa erūt igno-
 minię, & nullū peccatū erit in spiritū sanctū,
 nullo tempore remissibile, et nulli hædi erunt
 mittēdi in ignē æternū, aut electi spiritus ad-
 optionis Christi IESV sunt solū participes, quæ
 nimirū qui habent, uitā æternā iam habent.
 Iam sunt filij excelsi & hæredes regni. Iam de-
 mum uere Israel, id est, uictores Dei, si uero ui-
 ctiores

ctores Dei, quis igitur à promissa quæ gratia
 & hoc nomine firmissima nō meritis uenit,
 hereditate eos depellet: num peccatum: at
 illo potentior est iustitia fidei, num mors: at
 hæc infirmior est uita, quæ Deus est nostra cor
 da, efficaciter possidens & uiuificans, num
 Dominus: at is uictus est suo ipsius uerbo &
 fœdere quod semel istum qui uerax est, diri-
 mere non potest, & pronior multo uitam da-
 re quam auferre, misereri quàm irasci quod
 iuxta Prophetam alienum suum opus est, sal-
 uare deniq; quã perdere, cui si reconciliati su-
 mus, cū inimici essemus, per mortē filij eius,
 multo magis recōciliati seruabimur per uitā
 ipsius, qui regnū cōtra se diuisum nō habet,
 ut locū semel occupatū deserat, seq; ipsum ex
 tēplo suo semel sanguine Iesu sanctificato per
 petuo extrudat, præsertim omnibus potestati-
 bus tenebrarum expoliatis, & Chyrographo
 quod aduersus nos erat deleto, & omnibus
 hostibus nostris palam ostentatis. Facile ira-
 scatur, at in hoc irascitur ut misereatur. Fac in
 infernum ducat, at in hoc ducit ut reducat.
 Fac mortificet at hac caussa mortificat ut ui-
 uificet. Fac in ignominiã crucis cōijciat & hu-
 miliet, at hoc nomine in crucem abijcit, et hu-
 miliat & suos terret, ut glorificet, ut exaltet,
 ut suos consoletur, omniū creaturarum sub
 sidijs

Esa. 28.

Rom. 5.

fidijs destitutos. Præmissis ac præeunte nobis
 pontifice in omnibus nobiscum similiter ten-
 tato, citra tamen peccatum, Christo IESV, iu-
 xta hoc. Ascendens enim pandens iter ante *Micheæ 2.*
 eos diuidet, & transibunt portam, & egredi-
 entur per eam, & transibit rex eorum coram
 eis, & Dominus in capite eorum. Quæ igitur
 displicet per se, in oculis Domini ut fiant, *Quo cōsi-*
 placent, ut fiant propter illustrationem glo- *lio Domi-*
 riæ nominis ipsius, sic seruit peccatum san- *no plerāq;*
 ctitati, ira gratiæ, tyrannis mortis & inferni *placcant*
 in quem depellimur, gloriæ cælestis regni & *et displi-*
 uitæ æternæ, uasa ignominiae uasis honoris, *ccant.*
 Dominus porrò uolens ostendere irā & no-
 tam facere potentiam suam, tulit multa leni-
 tate animi, uasa iræ apparata in interitum, &
 ut notas faceret diuitias gloriæ suæ erga uasa
 misericordiæ, quæ preparauerat in gloriam.
 Omnia igitur admirabilia sunt opera Dei, *Rom. 9.*
 quæ ille in omnibus operatur, ita ut non mi-
 nus mirabile opus fuerit induratio & excæca-
 tio Pharaonis, quàm illustratio Pauli, exocu-
 latio scribarum, quàm illuminatio filiorū te-
 gni: perditio Iudæ, quàm saluatio Petri: inte-
 ritus impiorum, quàm saluatio electorum, er-
 rores Antichristi, quàm regnum ueritatis &
 iustitiæ Christi IESV, ut merito exclamare
 possi-

Psal. 5.

Omnia
opera Dei
bonitatis
opera.

mus cum propheta, Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, bonitas igitur Dei est, quæ cum ipse in omnibus operatur, siue in pijs siue in impijs, ut dicas: Ecce clementissime pater, omnia mihi paria sunt cum uasis perditionis, si naturam spectes, qua pariter omnes filij iræ sumus, mera igitur gratia est, quicquid cum filijs regni tui egeris. Crux & ignominia uite cum ira tua, per quam nimirum cognoscimus peccatum, & per peccatum liberabilem clementiam tuam, per quam nostra delicta solū des, bonitas deinde est quod habes Pharaones, & tyrannos huius sæculi ut ostendas magnitudinem potentiam tuam uniuerso orbi, & tuorum per uarias cruces fidem exerceas, & brachium uirtutis tuæ nobile facias. Quod experti dicant cum filijs Israel. Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem, dextera tua Domine magnificata est in fortitudine, dextera tua Domine percussit inimicum, bonitas demum est quod habes organa iræ, ut manifestes diuitias & opes misericordiam tuam erga organa gratiam quæ preparasti ante conditum mundum, in partem hereditatis tuæ, ceterum, legimus hoc propheta: In momento paruo dereliqui te, & in miserationibus magnis colligam te, in momento indigna

Esa. 54.

Dominum
suos ad te=
pus solum

dignationis abscondi faciem meam à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui dicit redemptor tuus Dominus, ecce dicit in momento relinquere suos, quod si roges cur suos deserat quos diu deserere non possit: in lucrum deserit, in damnum non deserit, & electos suos ad tempus derelinquit, ut spiritus sanctus accepto impetu suorum corda sibi reddita fortius afflet, negatamq; aliquandiu gratiam cum fœnore ac usura reddat, subiungit enim. Et in misericordia sempiterna misertus sum tui, & ne parum uideretur dixisse, interposito iure iurando, nobis suam beneuolentiam confirmat, cum subdit, sicut iurauit ne irascerer contra te, & ne increparer in te, quia montes liquefcent, & colles commouebuntur, & misericordia à te non liquefcet, & testamentum pacis meę non commouebitur, ut maxime possit fœdus semel percussum rumpere, at obstat misericordia ut uelit, dicit enim: Miserator tuus sanctus Israel. Cũ quo consentit hoc Psal. Et ponam in æternũ semen eius, & thronum eius sicut dies cęli, si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, si statuta mea prophanauerint, & pręcepta mea non custodierint, & uisitabo in uirga transgressionem eorum, & in uulneribus delicta eorum et misericor-

relinque
re.

Psal. 86.

misericordiam meam non dissoluam ab eo, ne
 que falsam reddam ueritatem meam, semel
 iuravi in sanctitate mea, si David mentiar, at
 ille David cuius thronus erit sicut dies caeli, et
 quem Dominus oleo sanctitatis suae precon-
 iurauit, Christus **IESVS** est unctus un-
 ctione regali & sacerdotali spiritus sancti, &
 super solum David regnans regnum prepa-
 ratum & confirmatum in iudicio & iustitia
 in saecula, cum cuius regni filijs pacis foedus
 sempiternum inicitur, de quo passim scriptu-
 ra. Et percutiam eis foedus pacis, pactum sem-
 piternum erit eis, & fundabo eos, & multipli-
 cabo, & dabo sanctificationem meam in me-
 dio eorum in perpetuum. Ecce pacti sempi-
 terni & sanctificationis perpetuae meminit,
 quam sit daturus in medio eorum qui deser-
 ti, qui polluti & contaminati fuerint. Cuius
 pacti & sanctificationis? Huius uidelicet de
 quo alibi. Dabo legem meam in uisceribus
 eorum, & in corda eorum scribam eam, &
 ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in popu-
 lum. Et hoc est quod scriptura sanctos in eter-
 num seruari, eorum haereditatem aeternam
 esse, iustis sempiternam lucem affulgere, eo-
 rum item memoriam nunquam intermo-
 ri ac deleri, et in aeternum eos non commouen-
 dos confitetur. Hinc hoc Christi. Oues meae
 uocem

Iesa. 9.

Ezech. 37.

Psal. 37

Ioan. 10.

tiocem meam audiunt, & ego cognosco eas,
 & sequuntur me, & ego uitam aeternam do
 eis, nec peribunt in aeternum, neque rapiet eas
 quisquam de manu mea, pater meus qui de
 dit mihi maior omnibus est, & nemo potest
 rapere de manu patris mei, tales autem oues
 sunt omnes, qui fidei obedientia pastoris uo-
 cem sequuntur, & hi soli uero maledictis separa-
 tis ab ouili Christi, quem pastorem agnosce-
 re nunquam possunt neque uolunt, iuxta hoc,
 sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus
 meis. Item, uos non auditis, quia ex Deo non
 estis, sed ex patre Diabolo estis, qui homicida
 erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non
 est ueritas in eo, cum loquitur mendacium,
 ex proprijs loquitur, quia mendax est, atque
 eius rei pater. Ecce rationem exponit, cur filij
 Satanae Euangelio salutis credere non pos-
 sint, quod scilicet ex Deo non sint, sed ex pa-
 tre Diabolo, qui hoc nomine in ueritate non
 manserit, quod ueritas in ipso non sit, & ex
 proprio loquatur, cum mendacium loquitur.
 Contra uero oues suae, hoc est, electi, qui iuxta
 electionis sanctificationem ex Deo patre sunt,
 & ob id uocem eius per spiritum timoris pro-
 pense audiunt. Quas oues permittamus tibi
 ad tempus sub malis pastoribus, sicut iam lon-
 go tempore sub Antichristo contigisse uide-
 mus, qui

Reprobis
 exclusi ab
 ouili Chri-
 sti.

Ioan. 10.

Ioan. 8.

Maledic-
 ti.

Electi.

C mus, qui

mus, qui abiectum non reducant, & quod pe-
 rierit non querant, palubundas errare, ac sub-
 lupis rapacibus dispergi at non perpetuo er-
 rabunt, quin tandem aliquando congregen-
 tur, & in herbis uirentibus & in pascuis pin-
 guibus super montes Israel, sub uno pastore
 Dauid, hoc est, Christo IESU pascantur. Iuxta
 hoc Prophetę: Ecce ego requiram oues meas
 & uisitabo eas, sicut uisitat pastor gregem su-
 um, in die quando fuerit in medio ouiu suarum
 dissipatarum. Demus filios regni labi-
 at non sibi, sed patri in hoc labuntur ut resur-
 gant. Sicut enim legimus, iustus cadit septies et
 resurgit, Domino nimirum supponente manu
 supra quam secundum Prophetam scribumur.
 Ne proijciantur, iuxta hoc: Iustus cum ce-
 ciderit non allidetur, quoniam Dominus su-
 stentat manum eius, qui plenus gratia & leni-
 tus ira et magna misericordia, non secundum
 peccata nostra facit nobis, neque secundum ini-
 quitates nostras retribuit nobis, sed sicut pater fi-
 liorum ita miseretur nostri, cognoscens figmen-
 tum nostrum & recordans quod puluis sumus.

VIII.

Imbecilles
 in fide.

Iesā. 49.

Quod igitur imbecilles sunt multi, non ob-
 est, quinimo hac causa in maiore cura sunt
 patri, quo uelut tenere & nouellę plantę mi-
 nus contra tempestatum iniuriam & uim tu-
 ti sunt, scimus enim quid Propheta dicat:
 Num

Num obliuiscetur mulier infantis sui, ut non
 misereatur filio uentris sui, etiam illa obliui-
 scatur, & ego non obliuiscar tui. Propterea
 quod arctior sit necessitudo cælestis, quam
 terrena, spiritus quam carnis, iuxta hoc: Si er- Mat. 7.
 go uos cum sitis mali, nostis bona dona dare
 filijs uestris, quanto magis pater uester cæle- Mat. 18.
 stis dabit spiritum sanctum poscentibus se.
 Hinc hoc Christi: Sic non est uoluntas coram
 patre uestro qui in cælis est, ut pereat unus de
 pusillis istis, quorum omnes capilli capitis nu-
 merati sunt, & tam accepti, ut si quis eos tan-
 gat, pupillam oculi sui tangere fateatur, tales
 uero pusilli omnes sunt credentes, primis fi-
 dei rudimentis, quamlibet exiguis, Christo
 initiati, iuxta hoc: Qui offenderit unum de
 pusillis istis qui in me credunt &c. super quo-
 rum uno errante & inuento, plus gaudet pa-
 ter, quam super nonaginta nouem, qui non
 errauerunt, quorum ministri Angeli sem-
 per DE I faciem uident, & pro quibus fi-
 lius hominis in hunc mundum uenit, ut ser-
 uaret scilicet quod perierat, non quod saluū
 erat, iuxta hoc Prophetæ: Spiritus dominato Ies. 61.
 ris Domini super me, propterea unxit Domi-
 nus me: ad prædicandū humilibus misit me,
 & ad obligandū contritos corde, ad promul-
 gandū captiuis remissionem &c.

C. In quo

Iesa. 53.

Tractatio
pusillorū
in fide.

In quo docebimur infirmos in fide clementer leniterque tractare, & seminis gratiæ electionis habere rationē, & imbecillū fratrum animos, sicubi uacillāt, erigere et certissima prædestinationis consolatione releuare pro quibus à uia aberrantibus quemadmodum nos omnes sicut ouis aberrauimus, unusquisque in uiam suam. Ille de quo propheta, Dominus noster Christus IESVS, uelut ouis ad imolandum ductus est, languores nostros ipse portans, & dolores nostros ipse ferens, sic cogitantes. Ecce pusillū istum unū ex nobis manet omnino nobiscum eadem cęlestis hereditas, eundem patrē cū Angelis & cæteris electissimis uasis gloriæ tenet, eadē in utero sanctificatione in regnum Dei segregatus, eodē sanguine Christi IESU aspersus, curabimus igitur sanctissime, ne ex infantibus regni cęlorum, quorum Dominus ut clementissimus pater, tantā curam gerit, aliquo modo quenquam ledamus, & scintillam lucis uitę æternę iam subemicantem nostro uitio suffocemus, quam is ex gratia inseruit, qui eam quā clarissime insplendicantē ignem enitere cupit, quinimo omnibus modis operam nostrā illis dabimus, ac sic illis nos parabimus, ut sentiant nobis nihil neque officij in eorum salutē, neque studij in gloriæ nominis DEI
propaz

propagationem defuisse. Quod si uitia quædam & errores in illis conspexerimus, studemus primum enixe cum lenitate non cum cauterio & sectione ac infirmę conscientię exulceratione, quam nondum per infantiam suam deponere possunt, corrigantur, eadem mansuetudine, eadem animi lenitate, cū infantibus gratis Christi acturi, qua nobiscum uellemus agi, qui quod sumus, gratia Dei sumus, ut debitores fratrum regni nos agnoscamus, quorum saluti omnibus modis prospicere uelimus, donec nostro ministerio doctrinæ celestis assuefacti, pleniora augmenta cognitionis Dei uiuentis accipiant. Cum quibus nobis omnino eadem cognatio spiritus sancti intercedit, & quos eadem sanguinis Christi propinquitas attingit. Quæ uero illo amore & in sæcula mansuro fratres regni copular, de quo in hæc uerba Apostolus. Charitas patiens est Charitas benigna est Charitas non inuidet. Charitas non est procax, non inflatur, non est fastidiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet de iniustitia, sed congauget ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Cur hoc: quia in filiis lucis bonitatem Dei patris imitatur atque effingit, cuius natura est bonum atque beneficium esse,

1. Cor. 13.
Charitas.

& omnia amabilis, omnibusque obuię & ex-
 positę beneficentię suę benedictione implere,
 quam etiam uniuersas creaturas emulari uo-
 luit, quarum unaqueque pro conditione crea-
 tionis suo usui quo proffit, destinatur. Iuxta
 hoc, uidit Deus cuncta quę fecerat, & erant
 ualde bona, tantum absit ut illam nõ insigni-
 ter cupiat in filijs uite eminere. Iuxta hoc, di-
 ligite inimicos uestros, benefacite ijs, qui uos
 odio persequuntur, &c. Vt sitis filij patris ue-
 stri qui est in celis, qui solem suum exoriri si-
 nit super malos & bonos, & pluuiam mittit
 super iustos & iniustos, quo in exemplũ pro-
 posito patebit nobis locus benemerendi de
 omnibus & nocendi nemini, quęrendique nõ
 quę nostra sunt, sed quę aliorum, uberrima
 materia, ut dicamus ex corde sic instructi be-
 neficentię patris cęlestis spiritu. Ecce pater ex
 mera bonitate, qua toti creature consultum
 uoluisti, illius non tua commoda spectans, om-
 nia sic attēperasti, ut uniuersa quodque pro
 altero inter se curam & operam partiantur,
 Cęlum illustre luce & motu perpetua uerrigi-
 ne per statas anni uices terrę seruit. Terra e cę-
 lesti influxu grauida facta nascentia fundit,
 bestiasque in hominis usum producit & alit.
 Aqua pisces. Cęlũ uolucres, deinde quo post
 casum primi Adam, per quę omnia a suo staa-
 tu & in a

Gen. 1.

Mat. 5.

Charitas
 ex imitatio-
 ne bonita-
 tis Dei.

Cęlum.
 Terra.

Aqua.

tu & integritate dilapsa erant, uniuersa in maiori gloria restituerentur, filium tuum unigenitum in mundum misisti, qui uniuersa tum *Christus. Coloss. 1.*
 quæ in cælis, tum quæ in terris sunt restauraret, & eundem non tibi, neque sibi, sed nobis, qui nos & cæteram creaturam in nostri reparatione a seruitute corruptionis affereret, emisisti, quibus etiam reliqua omnia inferuire facis, Angelos ministros nobis sufficis, Pro *Angeli-*
 pheras in nostrum usum illuminas, ingenia, disciplinas, artes, linguas & uariam rerum *Lingua et rerum co-*
 naturæque cognitionem in laudem nominis *gnitio.*
 gloriæ tuæ, & in nostram utilitatem liberaliter & prolixè donas, taceo aduersariaspotes *Aduersarie pote-*
 states cum principe huius sæculi, taceo peccatum & mortem, taceo item iram & indigna *states.*
 tionem tuam, quæ omnia sic temperas mirabili bonitatis tuæ iudicio, ut non solum nobis non noceant, uerum etiam summopere profint, dum ad præsidium uirtutis tuæ nos confugere solum faciunt, omnibus in desperationem positis, quæ carni plausibilia uidentur. Docens ex his omnibus, & noseodem modo comparatos esse debere, qui regni filios nos gloriamur, ut sine inuidia cum summa animi propensione alter alterius profectui inuigilemus. Non nostri studio ac amore, sed

fratrū studio sancti ministerij charitatis mensuram implentes, quæ monet omnia bonitati Dei, quam illa imitari ubique elaborat, esse tribuenda. Inde cadit sollicitus & inmensus sui amor in filijs lucis sese ad naturam Dei patris paratibus. Cadit uanissimus iustitiæ operum respectus, per quæ nobis nostra quærentibus consultū uolumus. Concidit de fratribus quos Domino stare & cadere scire conueniebat, temerarium iudicium, mansuetudini locus dabitur, temperanter in omnibus agendi iuxta consilium D E I præbebitur occasio. Demum sic comparabitur uita nostra, ut nihil temere simus tentaturi, de quo prius non diligenter ratio sit inita, Num ad D E I gloriam & Ecclesiæ ædificationem faciat, quod agere proponimus. Num in consilium sit adhibitus carnis affectus, num spiritus qui ut in omnibus gloriam D E I & utilitatem electorum quærit, sic idem ut similiter in omnibus compositi simus, nos docebit, ad quam etiam rationem omnis doctrina est exigenda, & ad eandem tota scriptura diuinitus inspirata, plena mentione bonitatis operum Dei sese exponit.

IX.

Cæterum ut ad prædestinationis materiã, unde

inde digressi paululum sumus, redeamus. Nemo cum in tantum electionis gratia extol-
 litur, timeat hinc fore, ut pijs licentius in car-
 ne uiuendi, aut impijs quos hic non mora-
 mur, quibus Apostolus ad Romanos respon-
 det, suæ impietati faciendi pretextum præbe-
 atur materia, quinimo constantius prædican-
 di bonitatem Dei offertur occasio, & sanctis
 uiuendi suppeditatur stimuli, quisq; enim
 propensius & maiore spiritus ardore patris
 caelestis uoluntatem facere parat, quo propiz-
 us & efficacius gratiam eius in se experitur, cu-
 ius sensus omnino quicquid est uetustatis in no-
 bis crucifigit, mortificat, & novos affectus
 dignos filijs dei indit, fide enim purificari cor
 danostra testatur cū scriptura quotidiana re-
 generationis caelestis experientia. At quid hæc
 aliud quàm experiens misericordiae patris
 nobiscum gratiose sanguine Domini Iesu re-
 conciliati cognitio: Noah, Abraham, Iacob,
 Moyses, Dauid, Prophetæ & Apostoli procul
 dubio longe reuerentius & maiore feruore
 Dominū secuti sūt, quo firmiores de eius gra-
 tia & fauore erga se fuere. Apostolus com-
 fitetur se sic currere, ut non in incertum, se sic
 pugilem agere, non uelut aerem ferientem,
 at cum nobis pugilibus in eodem stadio cum
 ipso & cæteris, quos scriptura prædicat, san-

*Prædesti-
 nationis si-
 des timorē
 dei non ex-
 tinguunt.*

Acto. 15.

1. Cor. 9.

C s ctis, cur

stis currentibus eadem corona uitæ æternæ
 & cōmune præmium de cælo statuitur. Cur
 non eodem iure nobis omnibus in eandem
 certitudinem uitæ et salutis ueniendum esset,
 in qua illi fuerunt: cum quibus nos omnino,
 si ueterem Adam spectes, eadem peccatila-
 bes aspergit ac contaminat, sin uero nouum,
 idem iustitiæ spiritus sanctificat, quem ut pa-
 ter cælestis in cordibus nostris excitare potest
 ter illos illuminauit, et eos nobis in Apostolos
 inaugurauit & in orbem emisit, adde nos sa-
 tis credere bonitati Dei non posse, & tantum
 cuiusque fidem impetrare, quanta fuerit, Do-
 mino se ad nostræ fidei mensuram totum ad-
 dicente. Iuxta hoc: Credidit Abraham deo, et
 reputatū est ei ad iustitiam. Item: Fiat tibi iux-
 ta fidem tuam, quæ filios regni regenerat,
 quæ uitam æternam parat, quæ uincit mun-
 dum, carnem & Satanam, quæ miracula &
 signa in testimonium uirtutis Dei ædit, quæ
 item miraculosa uictoria inuictum Dominū
 cæli & terræ uincit, & suum proprium facit,
 quæ nouam creaturam ex nobis creat, ut
 officiosi nostri amore mortificato per dilecti-
 onem eos, etiamsi uel periculum uel honoris
 uel facultatum uel uitæ periculū impendat,
 repugnante toto naturæ nostræ ingenio, am-
 plectamur, quos alioqui uel odimus uel præ-
 nobis

Fides.

nobis contemnims. Vnde hoc: quod fides uirtus sit dei non nature, efficax lumē dei, nō carnis, quæ non reuelat mysterium uitæ in cælis reconditum, solū fidei luce electorū cordibus referandum, iuxta hoc Christi: Caro & sanguis tibi non reuelauit, sed pater meus qui est in cælis. Ad rem deinde cur periculose tam firmiter de uitæ æternæ firmitate à nobis diceretur, quàm Christus credentibus tam constantet promittit: si promissio Dei solida est, & uana spe lactatione non frustratur, & non frām fidem quæ sibi habeatur, tanta religione & tam pertinaciter postulat, aut non credunt qui ambigunt se in filios accensos uitæ æternæ iuxta promissionem Dei iam habere et in secula nō perdituros, aut si credūt, quisq; iuxta mensuram reuelationis fidei suæ, iam certi erunt, se esse ex electis dei, certo enim credere per abnegationē sui et plenā resignationem omnium in misericordiam Dei se in æternum iuxta factā promissionē illius qui uerax est & fallere nequit, uicturū, quid aliud est quā persuasū habere se in prædestinatione patris cōprehendi: dante testimoniū spiritui nostro spiritu sancto, nos DE I filios esse, cuius ob signatio in diē redēptionis si testatur q; Deus ueraciter fidelis est, præstare potens quod sua sponte liberaliter p̄misit, & tu de eo fortiter speras

Matt. 16.

Promissio
Dei exigit
prædesti-
nationis fi-
dem.

Ephc. 4.

speras, quis adimet filijs regni patris gratiã
 cuius substantiæ et naturæ nos sumus, ex cuius
 Christi latere et ossibus et carne excisi sumus,
 cõmunis uitæ cū ipso consortes, largiamur
 nos peccato obnoxios esse, at misericordia
 promissionis maior est delicto totius mundi,
 quæ ut ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus
 omnia conclusa sunt sub peccatum ad Gal. 3.
 Et is qui peccatum non fecit nec delinquere
 potuit, translata ex immensa bonitate Dei pa-
 tris omnium transgressione in sese pro nobis
 factus est peccatum & maledictum, ut nos à
 peccati iure asserti, unã cum ipso et per ipsum
 in benedictione iustitiæ & ueritatis accersere
 mur, quem Deus iustus sine culpa & hac alie-
 na nimirum nostra qui sua caruit, percutere
 non potuit, ut fieret nostræ salutis redempti-
 onis precium & satisfactio iustitiæ Dei, cui et
 am satisfieri oportuit, atq; propitiacionis ac
 placationis iræ diuinæ hostia. Scimus ex Ge-
 nesi Adam priorem formatum, deinde mu-
 lierẽ: & uirũ non fuisse deceptum, sed Euam
 seductam & obnoxiam factam transgressio-
 nis, sed quid hoc nocuit (ad mysteriũ alludo)
 mulieri: quæ ex fortitudinis ossib. edificata
 est, uiri latere in decillitatis carne impleto. Simus
 nos infirmi & impuri, at nostra infirmitas ac
 impuritas capitis nostri & mariti nostri est, et
 illius

*Christus
 non potuit
 sine culpa
 aliena oc-
 cidi.*

1. Thim. 2.

illius robur mundicies & sanctitas uicissim nobis cum eo propria & cōmunis est ex lege corporis & capitis, mariti & uxoris, sit ille deus plene per plenam participationem Deitatis quæ in eo habitat corporaliter, & per plenam participationem spiritus sancti quem ad mensuram non habet. At & nos dii et filij ex celsi omnes sumus, participatione Deitatis et spiritus eiusdem, sed ad mensuram donationis Christi iesu ruxta modum membrorum corporis illius ex cuius plenitudine nos omnes accepimus, iuxta hoc, dixi uos dii estis, et filij ex celsi omnes. Sic ille in omnib. et super omnia potens. At et nos sumus in omnibus efficaciter potentes per ipsum et in ipso habitante in nobis eius spiritu, cuius uirtuti omnia subiecta sunt, iuxta hoc. Dico uobis qui credit in me, opera quæ ego facio et ipse faciet et maiora ihs faciet. Item: Non pro eis autem rogo tantum sed & pro ijs qui credituri sunt per sermonem eorum in me, ut omnes unum sint, sicut et tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. Qui nos coram conspectu Dei sanctam et nulla labe foedam sponfam suam statuit, dicens: Hoc os ex ossibus meis, hæc caro ex carne mea. Ossa autem et caro mariti illius sunt de quibus alibi. Spiritus uiuificat caro non prodest quicquam, uerba mea quæ loquor uobis

*Christus
deus &
electi dii
Iohan. 3.*

*Iohan. 1.
Psalm. 81.*

Iohan. 17.

*Gene. 2.
Iohan. 6.*

Sermo
Dci.

Secunda
Eua.

Iohan. 6.

quor uobis spiritus & uita sunt, quæ uerba
uerba sane reuelationis & illapsus lucis Dei,
hoc enim patrem cælestem est loqui, & nos
ex carne & ossibus Christi sui formare et, san
guinis eius necessitudine coniungere, spiritu
uidelicet suo uiuificare filios regni in cogniti
onem sui, in quem ut secundus Adam crea
tus est, sic secunda Eua, hoc est, Ecclesia mater
uiuentium, non terrena sed cælesti, non carna
li seu animali, sed spirituali uita, ex ossibus &
carne spiritus uiuificantis, nō animæ uiuentis
ædificatur, qui ut in capite certā suam sedē
quam nunquam deserit, occupat, sic ut in cor
pore & membris quæ semel per electionis
uirtutē animauerit, statam et immotam sta
tionē seruet necesse est, & hoc est quod Chris
tus identidem inculcat, cum refert: qui confi
dit mihi habet uitam æternam. Item: Hæc est
uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uide
det filium & credit in eum habeat uitam eter
nam. Hinc hoc frequens, uocatis sanctis. Item
Ut quemadmodum elegit nos in ipso. Item:
Iuxta fidem electorum. Item: Beatus quem
elegeris. Ut ostendatur clarissime salutem ex
electione dei patris in Iesu Christo fluere, pro
inde eandem stabilem & firmam manere,
qui agricola ille est, agrum suum ex lege sua di
uerso semine benedictionis scilicet & maledi
ctionis

ctionis, lucis & tenebrarum, uitæ & mortis,
 mēdaciæ & ueritatis, non ferens ut reprobiet
 in utero maledicti sint, et nihilominus tamē
 uitæ semen interni hominis cordi insitum
 habeant, quod semen si non permittitur cor
 rumpi ac emarcescere, ut suo tempore fructū
 quem cum gaudio demetas, nō afferat, illud
 solummodo electis erit propriū, ut qui tale
 & igniculum solum lucis æternæ in se senes-
 rint scintillantem, certissimum experimentū
 habeant suæ in uitam electionis, quamlibet
 adhuc in corpore peccati contra legem spiri-
 tus lex carnis & concupiscentiæ errorum re-
 murmuret, quam quoniam inuiti circum-
 ferimus, Christus eā ut nocere nequeat, pro-
 pensus ad bonum, superauit, & ut nihilomi-
 nus beati simus, non imputat, iuxta hoc: Bea-
 tus uir cui non imputauit Dominus peccatū,
 de quo supra Quod si dicas, hæc magna esse
 & altiora quàm pertineat tractari. Fatemur
 quidem magna esse & parum exercitis in ne-
 gocij spiritus sublimia uideri posse. At hæc
 magna cum sciret Apostolus & simul ea de
 quibus loqui phas nō erat, dicebat, nos hic so-
 lū primitias spiritus et cognitionē Dei quæ ex
 parte est, habere. Sint hæc grandia, at longe
 grandiora sunt quæ expectamus. Habet gra-
 dus suos, habet ætates suas, habet infantia suā
 habet

*Ager di-
 uerso semi-
 ne non se-
 rendus.*

*Ætates
 Christi.*

1. Cor. 2.

Iesa. 54.
 Consilium
 de præde-
 stinationis
 tētatione.

habet grandescentiā suam Christus Iesus, in
 quam filij regni in Spiritus CHRISTI mores
 & indolem formati coalescant. Verum qui
 infans est, non perpetuo in infantia crepuit
 dijs ac cunis lacte uescens iacebit, sed ablacta-
 tus tandē solidis cibis utetur, detritis pueritij
 tyrocinijs, ut in ætatem cognitionis Dei firmam,
 gradatim sensimq; grandescat. Regnum enim
 Dei non infantia, non pueritia, non cecitatis &
 ignorantie, sed sapientia, intellectus, consilij,
 fortitudinis, & scientia regnū est, omnia etiam
 abyffos & profunditates spiritu penetrante.
 Non nego carnem non cōprehendere ea quæ
 Dei sunt, at hæc hic loquor cum non habet,
 cui penitus, quantumuis hoc eam pungat ac mordeat,
 quæ se in omnibus glorificat, & sui mortificationem odit.
 Mori endū est, ut Dominus se interno homini in-
 tuet & ea loquatur, quæ auris non audiuit,
 & oculis non uidit, & in cor hominis non
 ascenderunt. Si uerò omnino in ista præde-
 stinationis & certitudinis fidei tractatione
 offenderis, hoc tamen tecum reputare spiritus
 tu doctore in quotidiana peccati tentatione
 discas, ut dicas: Ecce pater quicquid sum gra-
 tia tua sum, natura filius iræ & perditionis,
 meam itaq; salutem in clementissimam ma-
 num tuam pono, qui finis neminem tentari
 amplius

amplius quàm ferre possit. Scio eo roboris fidei
 dei mihi infanti regni tui crescendo esse, ut
 erectus firmo gressu coram conspectu tuo libere
 & confidenter incedam, certusque remor-
 tis obstaculis ac fiduciæ remoris in omnibus
 de beneplacito tuo reddar, me uidelicet filiũ
 acharedem tuum in æternum tecum regna-
 turum esse, quo plenus, uictorię, mortis, & in-
 ferni gustus contingat, & absolute promissio-
 ni tuæ de salute mea & gratia tua mecum pa-
 cta, iusta fidei meæ magnitudine respondeat-
 tur. Verum quando ista certitudinis reuelati-
 o carnem & sanguinem superat, & omni-
 no uires naturæ uincit, & eadem penitus in-
 te sita est quam prestes & aucto fiducię erga
 bonitatem tuam lumine, in tempore tibi
 oportuno uiso exhibeas, facias tu Domine,
 quod bonum est in conspectu tuo, nec anxius
 ero, nec totus spe excidam, etiam si aliquan-
 diu me tua promissione differas quã lögani-
 miter imbecillitatẽ fidei meæ confitens, & ac-
 cessionem iusti incrementi illustrationis faci-
 ei tuæ super me præstolans, expectabo, qui po-
 tens es perficere quod cæpisti et promissio tuo
 satisfacere. Quod sicubi, ut hodie in multis
 contingit, non omnia assequar, quæ nunc de
 multis scripturæ locis in quæstionem ueniunt,

D tamen

Iesd. 42.

Mich. 7.

tamen quia melius non noui, & tu iuxta be-
 neplacitum tuum maiorē reuelationem ueri-
 tatis mihi nondum dare statuisti, proculdubio
 in nominis tui gloriam, quā tu in omni-
 bus tuo iure quæris, & id citra salutis meæ ia-
 cturam, non conturbabor, infantiamque me-
 am boni consulam, qui nouisti quæ me ex pu-
 sillis regni tui primū scire referat, & iniquior
 electis tuis non redderis, si quādo non statim
 principio omnia scripturæ tuę testimonia cō-
 prehendant, quorum desiderium qui arundi-
 nem conuassatam non confringis, & linū
 fumigans non extinguis, nequaquam frustra
 beris, ac illudes, nec diu uana spe suspensū pē-
 dere permittes, quin illud suo tempore imple-
 as, & gemitus infantium tuorum exaudias,
 scientes magna nostri consolatione, nos fili-
 os patri sicubi erramus, errare, qui clementiæ
 affectum ponere non possit, massamque &
 lutum nos tibi figulo informes esse ac rudes,
 qui noscitur occasionis articulos, quando for-
 mam ac speciem plenioris cognitionis tui
 addas, & charissimos liberos tuos tanto per-
 sanguinem filij tui redemptos perfectiore lu-
 mine uitæ æternæ illumines. Quod si inter-
 rim te iratum ostendes, cum Propheta di-
 cam: Ego ad Dominum aspiciam, expectabo
 Deum

Deum saluatorem meum, audiet me DEVS
 meus cum federo in tenebris, Dominus lux
 mea est, iram domini portabo, quoniam pec
 caui donec causam meam iudicet, & faciat ius
 ditiū meū, educet me in lucē, uidebo iustitiā
 eius. Hoc autē fit per spiritū de quo illud Apo
 stoli: Spiritus auxiliatur infirmitatib. nostris,
 siquidem hoc ipsum quod oraturi sumus, ut
 oportet, non nouimus, uerum ipse spiritus
 intercedit pro nobis, gemitibus inenarrabili
 bus, donec timor iste parum germanus, quē
 peccatum, quem mors, quē infernus incutit,
 & quem perfecta charitas foris abijcit, facese
 fat: qualis in seruis est qui in domo domini
 non manent, & in ijs de quibus Propheta:
 Deum non inuocauerunt, & trepidauerunt
 ubi non est timor, sanctusq; ille timor, quem
 spiritus adoptionis ex paternae beneuolen
 tiae & bonitatis non irae, non indignationis
 cognitione parit, plenis auctibus in nobis
 adolescat, certi nos accipere spiritum
 adoptionis, per quem clamemus Abba pa
 ter, eum timore illo uenerantes, de quo Pro
 pheta: Timor D O M I N I mundus perma
 nens in aeternum: Qualis fuit in sanctissimis
 legis patribus & Apostolis suae salutis certissi
 mis, & ob id nō habentibus, cur à peccato &

Rom. 8.

Timor ser
uili.Bonitas
Dei timo
rem filio
rum regni
gignit.

Psal. 19.

D 2 morte

Psal. 103.

Cogitatio
 filiorū re-
 gni de præ-
 destinatione.

morte amplius formidarēt, qui reuerētię dei timor, filiorum timor est, quem natura sua odientem malum cęlestis cognitionis Dei patris affectus insculpit, de quo hoc: Sicut miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus eum, & misericordia Domini à sæculo usque in sæculum super timentes eum. Tantum abest igitur, ut in pijs ista de prædestinationis certitudine argumentatio timorem Dei labefactet, ut etiam eum subinde confirmet, ac locupletet, odiumq; peccati, & amorem sanctę rectęque uiuendi in uocatis ad uitam exaugeat, qui discunt nimirum in hac parte usu & experientia spiritus has fidei rationes secum subducere, ut sentiant ac dicant: Ecce pater cęlestis domine cęli & terrę, ut bonitas tua erga nos amplissime effulgeret, placuit tibi priusquam essemus, & neque bonum neque malum fecissemus, sine ullis meritis nostris, solummodo misericordię tuę ostendendę respectu habito, in uitę æternę heredes nos constituere, et hac causā omnia quę ad salutē nostrā pertinent, sic firma facere, ut nutare nequeant, contra si ex nobis & non ex constantissima prædestinatione tua salus constaret, omnia incertissima fierent, et tota uitę æternę salus in ambiguo fluctuaret, quod mendax est homo cum suo libero arbitrio

trio, & fucata iustitia operum, dolosusque accusille Ephraim, qui fallere & falli solet. Ad hunc modum p[ro]p[ri]i in p[re]destinationis cognitione & ex immensa & in enarrabili bonitatis Dei agnitione, in sui plenam perditionem intrant, et sibi in omnib. diffidere, gloriãq[ue] soli gratiẽ dei dare, et tandẽ uocationis suẽ certifieri discunt, donec firma fidei p[re]destinationis radice in summum desiderium sancte uiuendi solidati, in omnes tentationes crucis quotidianã mortificationis carnis obfirmantur, ut hoc cum Apostolo certissimi uitæ æternæ & hæreditatis suæ in cælestibus repositæ indubitanter profiteantur: Deus est qui iustificat. quis est qui condemnet? Christus est qui mortuus est, imò qui & suscitatus est, qui etiam est ad dexteram Dei, qui et intercedit p[ro] nobis. Quis nos separabit à dilectione Dei? num persecutio? num angustia? num fames? num nuditas? num periculũ? num gladius? num mors? num uita? num angeli? nũ principatus? num potestates? num instãtia? num futura? num altitudo? num profunditas? nũ demum alia ulla creatura? Qui cum proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit illum, qui fieret, ut non & omnia cũ eodem nobis donasset: ut sunt inter alia: Perseuerãtia fidei, quãtũuis aliquando pericũ-

Rom. 8.

Psal. 18.

Luc. 9.

1. Cor. 15.

Quales
qui præde-
stinationis
mentionem
offendun-
tur.

rantis & crucis tolerãtia quæ facit ut in nomi-
nis illius gloriã , & in nostrã aduersus omnia
uictoriam dicamus cū Propheta: Persequar
inimicos meos & comprehendam illos, non
conuertar donec consumam eos, præcinxis-
ti me uirtute ad bellum, prosternes insurgen-
tes subtus me, præcedente nos pugna & ui-
ctoriæ duce qui uniuersa arma inimici auferre
in quibus confidebat, et spolia eius distribuit,
ut exclamare possimus: Vbi tuus mors acule-
us: ubi tua infernã uictoria: aculeus autem
mortis peccatum , potentia uero peccati lex,
sed Deo gratia, qui dedit nobis uictoriam per
Dominum nostrum Iesum Christum. Qui-
dam ex ista infallibilis electionis tractatione
hic læduntur, ij dicunt: Ecce quid proderit san-
cte uiuere, aut sollicitè moneri de peccato ui-
tando, cum electionem aut prædestinationem
DEI nemo neque mutare, neque remorari
queat, semel enim Dominus decreuit, quid
nobiscum omnibus uelit facere, cuius consi-
lio ineluctabili resisti non potest. Qui tale ob-
ijciunt in prædestinationis materia, sciant
carnem quæ Deo non subditur, hanc morẽ
loquendi habere, spiritum nequaquam, qui
suos secus loqui docet de electionis doctrina,
Dominum in omnibus glorificans, & carnis
sensum ex prædestinationis gustu frangens,
quam

quã cohercet ne lasciuiat & extra timoris fines licenter excurrat acriterq; hortatur nos ut bonitate dei ad sanctificationẽ uitæ nõ in turpitudinẽ abutamur, dum admonet nos uocatos esse in mundiciẽ, ut huic sæculo moriamur, nõ in immundiciem, ut iuxta terrena corporis peccati desyderia & errores concupiscentiæ uiuamus. Quos bonitas seruatoris cum crucis quotidianæ flagello, in hac parte non emollit neque cõmouet, ut cupiant quãtum in ipsis est, Dei uoluntatem tam amanter expositam exequi, tales sunt quos nec iræ illius nec minæ meliores reddent, nisi in speciem & hypocrisim. Et qui tantopere oblatae misericordiæ reluctantur, digni sunt, ut in ira illius maneat & in luto accæno uitiorum, more porcorum perpetuo uolentur. Qui in Israel carnis desyderia uitulum adorantes, *Exod. 32.* persequebãtur, indigni erãt qui legislatorẽ & iræ ministrũ Mosen audirẽt, quanto qui benignitate prouideriẽ et predestinationis dei in libidinẽ carnis uitij s efferati abutũtur, indigniores erũt qui gratiẽ et salutis administratorẽ Christum Iesum audiant.

X.

Per quem dũ post ueterem natiuitatẽ peccati, nos totos nouã prole renasci oportet, quæ *Renascentia mortificat natu-*
 gerat non terreni sed cęlestis hominis imaginẽ. Quę igit gloria nature uiriũ: quæ æstima *ram.*

D

4

tio iusti

Iesa. 42.

Psal. 14.

tio iustitię operũ: quę demũ dignatio liberi ar
 bitrii reliqua māsērint: Si carnis filij omnia
 accepta ferũt patētib. terrenis ossa, sanguinē,
 carnē, uitā, alimentũ & totā deniq; educatio
 nē, quāto magis liberi spiritus desuper renati
 quicquid sunt, quicquid possunt, quicquid habēt,
 deo cęlesti patri attribuent: Qui si gloriā suā
 in omnibus querit, & eam alteri non tribuit,
 cur tibi aliquid sumens, illi suũ adimis: si tu
 filium te gloraris, cur non agnoscis te à patre
 omnia habere quę accepisti: si ille pater est,
 cur gloriaris de tuis uiribus, quasi tui ipsius re
 generandi uim habeas, & tota penes patrem
 non sit sita: ut dicas cum Propheta: Non nos
 bis domine nō nobis, sed nomini tuo da glo
 riam, propter misericordiam tuam & ueritā
 tatem tuam. Præsertim post tam immuns
 dam istam ueterem ueteris hominis genera
 tionem qua sic omnia polluuntur, ut neces
 se sit nos in nouam creaturam uetere pro
 fus exolescente recreari, per quam hoc de no
 bis audimus, de cęlo aspexit super filios homi
 num, ut uideat an sit intelligens, requirens
 D E V M, unusquisque declinauit, simul in
 inuitiles facti sunt, non est faciens bonum, nō
 est etiam unus. Si igitur extra renascentiæ
 spiritum omnia sic uiciata sunt, ut non nisi ue
 lut arbor mala putres fructus ferre possimus,
 quę

quæ spes de nostris pollutis uiribus erit, ut pa-
 tris gratiã demereãtur? Si natura filij iræ iu-
 mus qua fiducia? qua frõte? quo ore facie-
 mus nostra tãti ut puremus per liberũ arbitri-
 um nostrũ, quod fingimus cũ serui simus pec-
 cati, placabilẽ esse Dei irã & eiusdẽ fauorem
 per nostrũ conatũ reconciliari posse arbitre-
 mur: iniuri j in pretiũ sanguinis Christi IESV, *Christus*
 qui solus iustitiã Dei innocens p nocentibus, *iustitiã*
 iustus pro iniustis, benedictus pro maledictis, *Dei satisfã*
 natura filius gratiã, pro natura filijs iræ, per *facit.*
 cussus satisfacere & eiusdem misericordiam
 perditõ mundo reparare potuit. Si uero si-
 tum in nobis non est, ut renouemur renoua-
 tione mentis nostræ in imaginem D E I pa-
 tris, cur offenderis cum asseritur totam no-
 stram salutem, iustitiam & sanctitatem à præ-
 destinationis gratia pendere, & in solius Dei
 manu repositam esse, omniaq; illi sanctifican-
 ti & saluanti, nobis uero nihil, præter maledi-
 ctionem assignandũ: Ut de te desperes et hoc
 necesse est ores. Absconde faciem tuam à pec-
 catis meis, & omnes iniquitates meas dele.
 Cor mundum crea in me Deus, & spiritum *Psal. 51.*
 rectum renoua in me. Item, Deus in nomi-
 ne tuo saluum me fac. Item, illustra faciem tu-
 am super seruum tuum. Saluum me fac in
 misericordia tua. Audis me hic, sanctos hoc
 D s orate

Ephes. 2.

Christus
iustitiã
Dei satisfã
facit.

Psal. 51.

D s orate

orare ut Dominus spiritu recto suo, non nostro erroneo, ut nomine suo, non nostro uano, ut illustratione sua, non nostro lumine naturali inefficaci, ut misericordia & ueritate sua, non nostris meritis & mendacijs ipsos saluet, orantes hoc Prophetæ, nobis confusio faciei, tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propiciatio. Si præterea bona opera emanant ex prædefinitionis gratia spiritu sancto auctore, quam libertatem fingemus, præter eam de qua Apostolus, ubi spiritus ibi libertas: At is in manu patris est non nostra, qui trahit, docet, illuminat per spiritum suum quos uult, & miseretur quorum uult, ut non sit currentis, neque uolentis, sed misericordis eius, & iuxta beneplacitum electionis suæ ad bona opera præparantis, & eadem in nobis efficaciter ad glorificandum nomen suum operantis. Iuxta hoc, quemadmodum elegit nos in ipso antequam iacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles. Item, Dei donum est non ex operibus ne quis gloriatur, nam ipsius sumus opus conditi in Christo IESU ad opera bona, quæ preparauit Deus ut in eis ambularemus. Ad hoc, si Dominus est omnia in omnibus, in quo agamur, moueamur & simus, cur te puluerem & cinerem terræ coram oculis ipsius non

us non fateris: agnosces hoc Prophete. Dan-
 te te illis colliget, aperiende te manum tuam
 omnia implebuntur bonitate, auertente au-
 rem te faciem, turbabuntur, auferes spiritum
 eorum & deficient, & in puluerem terrae re-
 uertentur. Si in minoribus functionibus crea-
 turæ solum instrumenti locum tenent erga
 Dominum, qui motus, uis & uita est omni-
 bus creaturis infusa, omnia agēs, omnia mo-
 uens, & iuxta irreuocabile consilium uolun-
 tatis suæ dispensans, cur de tuo aliquid adde-
 re te posse cōfidis cęlesti illi spiritus sancti mo-
 tionis: quæ omnem naturæ uirtutem super-
 rat, & eandem totam mortificat, omniaq;
 noua regignit, per quam non ex sanguinibus, *Ioan. 1.*
 neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolunta-
 te uiri, sed ex mera misericordia Dei filij lucis
 per spiritum fidei renascimur: Cesset igitur
 te inflare arbitrium tuum ut gratiam D E I
 sentire, & eandem super omnia opera eius
 extollere possis. Desinant uana spe implere
 cor tuum merita tua, & pusillum istud quod
 cōminisceris, uiriū naturæ, ut gloriā soli no-
 mini Dei, & tibi prorsus nihil attribuere que-
 as, & cum Dei hoste non superbe hoc in cor- *Iesa. 14.*
 de tuo dicere. In cælum ascendam, supra
 astra D E I exaltabo solium meum, se-
 debo in monte festiuitatis, in lateribus aqui-
 lonis,

Obiectio.

lonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Neque obstat quod in scriptura toties iubemur & monemur sancte cogitare, uelle & uiuere, non enim propterea situm est in nobis ut recte uelimus & uiuamus, quod ad id tantopere & tam anxie propositis premijs inuitemur. Iubemur quidem uoluntatem Dei facere, sed in quo uis imperata faciendi posita est? Num in nostris uiribus? At hoc dicere semel est conculcare uirtutem fidei, & totum fructum sanguinis IESU Christi euacuare, legem quidem habemus ad sancte cogitandum hortantem & monentem, sed quis ut eam impleas, praestabit? Nū liberū arbitriū tuum quod gratia praedestinationis tollitur? At hoc affirmare est semel perdere gratiam & misericordiam & efficaciam Dei sanctificantis in utero priusquam uel bonum uel malum cogitatum uel factum fuerit, cuius bonitas ut solum glorificaretur, omnia in peccatum et maledictione conclusa sunt, ut lex ad prestandum carni per suas uires impossibilis facta, cuius cuncta cogitatio ad malum intēta est omni tēpore, nos doceret alio cōsciētis nostris spectandum esse unde uim faciendi Dei uoluntate acciperent, quā ad uires uolūtatis carnis, nimitum abnegata tota naturæ facultate ad uirtutem spiritus grati, qui

Vnde sciende legis uis.

Rom. 8.

tiæ, qui in homine non permansit, quod caro
 esset, sed de nouo effunditur super omnes Gen. 6.
 filios regni ex mero beneplacito prædestina-
 tionis Dei in Christo IESU capite omnis per-
 fectionis spiritualis, qui potentia sanctificatio-
 nis suæ facit, quod nature uetustatis labe con-
 taminare deest, & benedictione maledictio-
 nem nostram depellit, prestatq; merito sancti
 sanguinis super corda nostra aspersi, quod
 per legem arctissime exigitur, ut libere dicas:
 Ecce Domine fateor, urges ut omnes cogita-
 tiones cordis mei mundæ sint, ut tota uita
 mea sancta sit, & ut in omnibus conformis
 sim imagini innocentiæ filij tui, uerū id quod
 tu requiris cum per me maledictum natura,
 filium peccati & iræ, qui in iniquitatibus con-
 ceptus sum, & quæ mater in peccatis cōcepit,
 præstari nō potest, faciēdi uoluntatē tuā uirtu-
 tē tu solus dabis per celestē tuā & spiritualem
 regenerationem, fuso in cordibus nostris spi-
 ritu tuo sancto in renouationem noui homi-
 nis, qui conformiter tuæ uoluntati omnia
 cupiat, quo ad hic in hoc sæculo per corpus
 peccati fieri potest, & id non meritis nostris,
 sed tua liberali gratia prædestinationis ad ui-
 ram, non per uires nostras quæ pollutæ
 sunt, quæ elumbes & ad omne bonum in-
 efficaces sunt, quas mortificari & cum grano
 frumenti

Psal. 51.

*Granum
frumēti.*

*Ioan. v.
Scriptura
sancta, ad
gloriam
Dei se tota
exponit.*

frumenti in terram condi & emori oportet, ut fructus terra superna luce preparata & rore ac pluuia celesti irrigata prodeat, quasque item cum Iacob lumbis eneruari oportet, ut per spiritus fidei efficaciam aduersus omnia, uictoria potiamur, quo spōte nostra id quod per legem à nobis exigitur, citra moram fiat, quod antea cū sub exactore & durissimo Moſe ſcōptro eramus grauatim & cū multo negotio per hypocrisim fiebat. Hic ad glorificandum nomen Dei disces de peccati natura recte discernere, & Moſe quę Moſe sunt, per quem lex data est, & Christo per quę gratia exhibita, quę Christi sunt, assignare. Exponit se tota scriptura ad misericordię ac gratię Dei laudē, à quo nobis illa per homines diuinitus doctos in testificationē glorię operum suorum tradita est, ut si alicubi reperias aliquot locos, qui nostrę operę quam gratię auxilio, de nostro addamus, aliquid tribuere uideantur, eos ad manifestiores qui omnia Domino ex electionis gratia per spiritū filij IESV operanti, nobis autem nihil assignant, explices, ueluti fit in expositione scripturę sacre, dum analogiam fidei, Dominum in omnibus & super omnia magnificantis, non nostrę rationis ductum sequimur. Glorię gratię & uirtutis Dei inimum dare et tuas uirtutes satis

res satis eleuare non poteris, & rectissimam,
 ac longe certissimam uiam institeris, si ex te
 prorsus nihil præter puluerem terræ & foenū
 agri feceris, & soli uerbo Dei, quo omnia per
 sistunt, mansuro in æternum, laudem cesse-
 ris. Quod sane si uel scintillam solum lumi-
 nis reuerentię Dei cordi tuo insertam habue-
 ris, te cōmunis spiritus sensus docebit in quo-
 tidiana contra peccatum fidei lucta & expe-
 rientia beneficentię prouidentię Dei, per quā
 non obscure discēs legis & propositarum ad
 monitionum rationem reddere, quod per
 eas inquam nihil aliud quam nostri cogni-
 tiō, & peccati innotescētia, nostræq; na-
 turæ ad placendum Deo ex sua uirtute im-
 possibilitas declaretur. Nam conscientijs no-
 stris uarie scrutiatis, experimur id à lege,
 hoc est, uiribus nostris non absolui, quod ab
 ipsa imperiose requiritur, sed eam solum in
 hoc utilem, ut per ipsius castigationem tra-
 ctu spiritus timoris celestis patris, qui electio-
 nis Dei seminaria fides est, in eū qui uitę eterne
 legē uisceribus nostris indit, manuducamur,
 per quā liberrime & ingenue, ut filij nō ut ser-
 ui legē exequamur. Et hoc est cur illa in tabu-
 lis saxeis per condēnationis ministrū fuit inci-
 sa, cuius uultum Israel ferre non poterat, o-
 mnib. tremore fumis, igni repletis, diuersum
 accidit

*Lex et ad
 monitio-
 nes.*

*Lex nobis
 in tabulis
 saxeis.*

Lex Christi
 in tabulis
 carnis.
 1. Cor. 3.

Christus
 bisariam
 utilis.

accidit sub Christo IESU gratia, non iræ dispensatore, qui legem non indignationis sed miserationis, non fugæ à uultu Dei, sed accessus, non legem in tabulis lapideis sed carnis, non inefficacem ac ociosam, sed uirtute spiritus capitis nostri Christi IESU efficacem, ac potentem inscribit, ad quam per Moesæ legem humiliati, & in omnibus nobis diffidentes facti mittimur, et sic castigati legis spiritus sancti in cordibus nostris latetis submurmur, persuasi quod peccatū et Moses et ignominia crucis cæteraq; omnia electis in bonū per IESVM Christū deseruiant. Qui nobis bisariam salutis in scriptura à patre misericordiae proponitur. Principio quidem ut sanctificatio & iustificatio nostri, qui est caput nostrum, & in corpus suum quod nos sumus, uitā spiritus Dei influit, maledicto nostro in sanguinem suum quo lauantur electi, deriuato, sic internos omnia communicamus. Ille nobis donat lucem, sapientiam, ueritatem, innocentiam, iustitiam, gloriam, nos autem contra ignorantiam, stultitiam, mortem, culpam & ignominiam reddimus. Deinde exempli loco est, ut iustificati iam, & spiritu adoptionis renouati ad imitationem illius, uere & sine hypocrisis uoluntatem patris cælestis, agente nos spiritu non carne, fide

fide non errore, scientia beneplaciti illius in omnibus non ignorantia, prone propenseque prosequamur, atque ut fratres regni in quorum cordibus semen lucis Dei deprehēderimus, sollicitè amemus, & ut alter alterius onera officiose geramus, nihil agentes more Christi & omnium in eo electorum, de quo non prius per unctionis reuelationē certi sumus: Primum idem Deo patri placere, qui nobis familiaris notusque esse, ut filijs, & cupit & debet. Deinde ad Ecclesiæ ædificationē spectare, ad quam omnia ille refert, quod quidem non caro quæ prorsus Dei ignara & sui amās est, sed spiritus, non huius sæculi princeps qui Dei gloriæ infestus est, & inuidia erga filios regni laborat, sed princeps alterius sæculi, cuius figura ac habitus non transit, docebit. Vt hoc enim cogites & facias, tibi prestare potest, & prestabit unus pater cū sibi te trahere placuerit, cuius manus super te in perditione & abnegatione tui, omnino tibi expectanda est, quo sanctior fias, & ut in plenitudinē Christi, non tuo conatu sed nisu spiritus qui in manu tua situs non est, intres.

Qui quidē spiritus sicut maledictis quos scriptura frequenter מַלְאָכִים latini impios, graeci κακοὺς uocant, dari nequit, per quem Abba pater thesaurum sanguinis Christi sentientes

XI.
Maledictorum
natura

E tientes

tientes clamēt, sic regeneratione ac renascen-
 tia sui carent, qui Christo nimirum non sunt
 dati, ut in eo saluentur, quos ille ex patre Dia-
 bolo esse, non ex Deo confitetur, in quorum
 cordibus impietatis & contemptus Dei tur-
 bulentus fons hic scaturit, & in futuro sæcu-
 lo plenissime per plenam peccati in spiritum
 sanctum reuelationem erumpet, quod in illis
 solum locum habet, & capitale ac inexplabi-
 le manet, in quo semper odio habentur à Do-
 mino, ut electi in semine spiritus timoris sem-
 per chari sunt, secus uero de reprobis, qui ab
 utero maledicti, cum rationis usus prodit, &
 iniquitas eorum legis iudicio tangitur, sic cō-
 parantur, ut nunquam nō ueritati & propo-
 sitæ gratiæ D E lex se saturati, donisq; suis
 naturalibus intumescens, remurmurent,
 quamlibet suis conscientijs per opera Domi-
 ni diuersum docentibus redarguantur, quæ
 mouere debebant, ut bene sentirent de Deo,
 & de eo, quē ipse mundo in salutem misisset,
 Christo IESU, iuxta hoc: Opera mea quæ ego
 facio nomine patris mei, hæc testimonium
 reddunt de me. Item, si opera nō fecissem in-
 ter eos, quæ nemo alius fecit, peccatum non
 haberent &c. In quo etiam iustum illorū iū-
 dicium consistit, & damnatio rata est, et nun-
 quam cessatura. Exemplum habes de impijs
 Phariseis,

Iod. 11. 15.

Matth. 12.

Pharisæis, qui contra testimoniū cordis sui, admoniti operibus digito Dei, non Satanæ factis, & innocentia Christi, nihilominus tamen ex Diabolo ipsum esse pronuntiabant. Quod delictum solum irreconciliabile est, et nullam purgationem seu excusationem admittit. Etenim qui illi obnoxij sunt, ueritatis doctrinam quæ solum saluat, & liberos facit, non audiunt, & Christum qui uita, uia & ueritas est, abnegant. Proinde nullam creaturam morti temere adiudicaueris, quam non dum reuelato tibi occulto reprobationis & saluationis DEI iudicio, tali morbo affectam esse scias, qui solum iusto iudicio ad mortem morbus est, & incurabilis præterea nullus, nam cætera peccata omnia quantum uis in speciem magna, Christum medicum ferre possunt, & adeo totam DEI gratiam non effundunt, ut illi etiam cognoscendæ per legis uim & internam spiritus admonitionem uiam parent, & humiliandi sui cum ueniæ inprecatione occasionem subministrant, ut qui deliquerit ex corde oret cum David: Miserere mei Deus &c. quoniam tu Domine bonus & propitiabilis, & magnus misericordia omnibus inuocantibus te. At hoc peccatum contemptus & odium sermonis Dei, qui mortificat gloriâ carnis et exaltat

Ioan. 8.

Ad mortē
morbus.

Psal. 86

super omnia Deum, Christum à patre in res-
 demptione mundi donatū, omnino reijcit,
 & hoc nō simpliciter sed cum uirtute, signis
 & miraculis spiritus ueritatis exhibitum, qui
 approbat uniuscuiusq; conscientie, per inscul-
 ptam omnium cordibus recte monentem et
 testificantem naturę legem, Christum IESVM
 uerum Messiah, & uere filiū Dei esse, in quo
 uno reconciliationis omnium salus sit posi-
 ta. Quapropter in spiritum ueritatis proprie
 delinquent, qui sermonem regni scienter, &
 pertinaciter damnant odio ueritatis & sui
 cordis superbia cedere Deo, & os suum obui-
 rare non uolentis, quia spiritus sancti peculia-
 ris functio est de patre, & Christo testimoni-
 um reddere, iuxta hoc. Spiritus ueritatis qui
 à patre procedit, ille testimonium perhibebit
 de me. Item cum uenerit ille, qui est spiritus
 ueritatis, ducet uos in omnem ueritatē: Qui
 itaque duobus testibus, Conscientia & ope-
 ribus Dei uicti, Euangelio de Christo insinua-
 to, de industria resistunt, in iustum da-
 mnationis iudicium nulla excusatione irri-
 bile incidūt. Dices, quid igitur ad Mo-
 sen, qui omnes iudicio sine exceptione sistit, quot-
 quot legis fines transgressi fuerint: fatemur
 quidem illum omnes mortis reos facere, qui
 in legis præscripto non manserint. At nobis
 hic idem

*Peccatum
 in spiritū
 sanctum.*

Ioan. 15.

*Testium
 numerus.*

hic idem uidendum est de peccato, quod de
 seruatione legis & operibus iustitię uidetur. *Fōs trans-*
 Quemadmodum enim in his ad fontem re *gressio-*
 spicis, unde faciendę legis uis scater, ad Dei *nis.*
 spiritū uidelicet, fūsum in cordibus nostris,
 sua sponte ad hoc propensum, ut uoluntate
 patris in nobis efficiat, sic in delictis quę in ca-
 pitis discrimen uocant, ad fontem quoq; pec-
 catorū, hoc est, ad incredulitatē oblati et des-
 specti sermonis gratię spectes, quę solū radix
 illa est, surculos, palmites & ramos producēs,
 qui incēdio & igni furoris Dei inextinguibili
 materiam ministrāt, id quod Moses ipse ex- *Deut. 18.*
 plicat cum Paulo posteaquam legem tradi-
 disse, de Propheta uaticinatur a Domino su-
 scitando, cuius uerba si qui reciperent, salua-
 rentur, qui uero spernerent, excinderentur. *Iodn. 5.*
 Hinc hoc Christi. Nolite putare quod ego ac-
 cufaturus sim uos apud patrem, est qui accu-
 fat uos Moses, in quo uos speratis. Si enim
 credidissetis Mosi, credidissetis utiq; mihi, de
 me enim ille scripsit. Si aut illius scriptis non
 creditis, quomodo uerbis meis credetis? Idē
 deinde prophetis mos post legis tractationē
 de Christo testandi, in quo saluationis & per-
 ditionis consistit ratio, & quem unum uitę
 & mortis scopum, Dominus ob oculos sta-
 tuit, salutis ijs qui eum propenso pectore am-
 plectun=

Christus plectitur, mortis qui reijciur, & hoc est quod
mortis & scriptura monet, illum offensionis lapidem
salutis sco esse positum in ruinam & resurrectione mul-
pus. torum, ita fit, ut quemadmodum fides acce-
Iesa. s. pti Christi in remissionem noxe ac peccati so-
 lum saluat, & coram conspectu Dei iustificat,
Que in- sic infidelitas solum damnet & capitis iudici-
credulitas um intendat, & eadem non omnis, nam &
damnet. incredulitas simplicis ignorantiae Christi in
 electis omnibus primo est, quia non statim ut
 in lucem prodimus, Euangeliu regni cogno-
 scimus, in quibus tamen propter electionis
 clemetiam & sanctificationem per spiritum
 timoris qui est electionis sigillum, damnatio
 nullum locum habet, ut quos Dominus in
 utero diligit, & deinde cum exierint, mani-
 bus suis blandissime gestet, donec in Christo
 succrescant. Verum incredulitas quae in Chri-
 stum qui per Euangelium innouit, ceruice
 ferrea & fronte aerea obstinate impingit, iux-
 ta hoc: Qui reijcit me, nec accipit uerba
 mea, habet qui iudicat ipsum, sermo que lo-
 cutus sum, ille iudicabit eum in extremo die.
 At quomodo iudicabit non cognitus, aut qua-
 litercunque insinuatus? Hinc Dominus ut indi-
 caret quae *αἰσία* capitalis effet, cum his man-
 datis Apostolos suos amandat: Ite in mun-
 dum uniuersum & praedicate Euangelium
 omni

Ioan. 12.

Mar. 16.

omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui uero nõ crediderit, condemnabitur. Ecce condemnationem incredulitati in prædicatum Euangelium tribuit, *Rom. 2.* quod Apostolus confirmat cū Dominū iuxta Euangelium suum occulta hominū per IESVM Christum iudicaturum fateretur. Et hoc ea de causa, ne fiat ullus prætextus aduersus iustum iudicium illius, quasi crudelis ac sanguinarius creaturā suam sine testibus indicta causa capite plectat, legēq; suam pretergrediatur, *Deut. 17.* qua cauet ut in ore duorum aut trium testiū moriatur reus. Quod Christus uoluit cū diceret, si non uenissem & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem nõ habent quod prætexant peccato suo, eodem facit & hoc: Hæc est autem cõdemnatio, quod lux uenit in mundum, & dilexerūt homines magis tenebras quam lucem. Inde fit igitur *Causa suspensio-* ut non statim sententiā implacabilis iræ suæ *nis iudicij* Dominus super impios prodar, quod in eorum cordibus non illico prodeat plene contemptus Dei, sed primum paulatim ille se se *Dei super impios.* exerat, quousq; perfecte per Euangelij reuelationem, & Domini diem omnia reuelantem se proferat, qui totum spacium manifestationis cordis nostri, & iræ ac gratiæ *D E I* cõplectitur. Diuersa igitur ratione Christus

pijs & impijs innotescit. Porro his quidē, ut
 per excitationē interni seminis uitæ æternæ
 saluentur. Hoc est, uiuo sensu electionis suæ in
 uitam in IESV Christo admoneantur, de quo
 supra, illis autem in testimonium impietatis
 cordis sui & iusti iudicij Dei, iuxta hoc. In iu-
 dicium ego in hunc mundum ueni, ut qui
 non uident, uideant, & qui uident, ceci fiant.
 Ex more itaq; suo Dominus semper uerbū
 suum præmittere solet, per quod diem dicat,
 & de causā per cognitionē factam statuat,
 cum in animo habet, uel impios puniendi,
 uel pios saluandi. Ut in diluuiō cuius Noah
 præmonitor fuit, & in Sodomæ & Gomor-
 ræ incendio, cui Lot denunciator præiuit. In
 Mose itē præmissō liberationi Israel & Pha-
 raonis submersioni. In iudicibus & in Pro-
 phetis exilij Israel & Iuda præconibus pa-
 lam est, & idem etiam hodie in hoc nouissi-
 mo Euangelij emerſu pateſiet, in quo uni-
 uerso orbi sub iudicio uerbi seruatori suos,
 & alienos perdituri, denunciata in prophe-
 tis tribulatio impendet.

XII.

Non oēs
 uasa perdi-
 tionis esse
 quibus hic
 Euāgelij

Quamobrem non ita parum falluntur,
 qui omnes pro uasis perditionis habēt, quot
 quot ab initio mundi simplicis ignorantia
 Christi Iesu incredulitate, ex hoc sæculo incre-
 duli emigrarūt. Id enim affirmare, est temere
 in iudic

non illuxerit.

in iudicium Dei uelle irrumperere, & neq̄ gratiæ neq̄ iustæ iræ eius habere rationem, qui sinouit qui sui sint, & quos uel ex Iudæis uel Græcis uel Romanis, uel Scythis & totius orbis populis, qui nō est acceptor personarum, in hæredes elegit, in sitaq̄ lucis æternæ scintilla, quam cum tempore spiritus folle excitabit, exsufflabitq̄, in utero sanctificauit, qui electioni suæ nullos terminos, nullum tempus, nullum articulum statuit ac præfigit, ut minus sit electus, qui non in illa aut altera hora Euangelium Christi agnouerit, præter opera ipsius plena misericordiæ & iudicij, & præter totius scripturæ testimonium omnes maledictioni addixeris, ac in perpetuo nexu seu mancipio Satanae posueris, quibus in hoc sæculo Euangelium regni nō illuxerit, quasi pugnet cum uerbo Dei post decursum huius uitæ curriculum Christum manifestari, & non necessit illud uniuersæ creaturæ priusquã uel uitæ uel mortis sententia exeat, in clarescere, cū utraq̄ sententia, mortis scilicet & uitæ, in Christum spectet. Qui enim ut uita est credentibus iuxta hoc Iohannis 17. Hæc est autē uoluntas &c. sic idem etiam ad interitum offensio est infidelibus, ut paulo supra ostensū est. Nisi omnium electorum non unam uitā, non unam hæreditatem, non unum spiritū

Euangeliū etiam mortuis reuelari.

E s Christi,

Christi, contra omnem promissionem Dei,
 & creationis electorū & saluationis in Chri-
 sti Iesu ordinem, & uicissim non unam mor-
 tem, non unum interitum, non unam offen-
 sionem lapidis angularis, & non unum de-
 mum ignem æternum omnium maledicto-
 rum putemus esse. Quod non propterea di-
 cimus ut quemquam de eo quod Dominus
 cum mortuis iuxta Apostolū Domino com-
 mittendis, transigit, curiosum esse uelimus.
 Quos si ex electis sunt, scimus cum Abraham
 in cuius amplissimo gratiæ sinu recumbunt,
 cum Isaac item & Iacob uita cognitionis Dei,
 quemq; pro lucis fidei suæ incrementis uiue-
 re. Nam alia in sanctis uita non agnoscitur,
 quàm ea quæ ex cognitione Dei uiuentis ori-
 ginem trahit. Mortuos autem ex electis uiue-
 re, Apostoli & omnium sanctorum gemitus
 pro redemptione à corpore mortis ad libere
 uiuendum cum Christo declarant, item hoc
 dictū Domini Iesu comprobatur: Deus autem
 non est mortuorum sed uiuentium, omnes
 ergo illi uiuunt. Verum quando omnia quæ
 scriptura tenet, accomodant se ad gloriam
 amplissimæ misericordiæ Dei, curandum est
 maximopere, ne regnum & meritum sangui-
 nis Christi, quod augustissimum spiritus Dei
 prædicat, angustius faciamus, quàm immensæ
 clementiæ

Vita ele-
 ctorum.

clementiæ patris, qui super uno peccatore cõ-
 uerso, cum omnibus angelis tantopere gau- Mat. 13.
 det, magnitudo ferat, ut inter uasa iræ nõ nu-
 meremus, qui pro ualis gratiæ ante sæcula cõ-
 stituti sunt, & uicissim pro gloriæ ualis nõ ha-
 beamus, quos in ignominia uasa Deus ante
 conditum mundum destinauit. Cuius si filij
 sumus, latitudinem bonitatis ipsius longe la-
 tissimæ, satis laudare nõ poterimus. In cuius
 cõmendationem tota scriptura nos reuocat,
 quantũuis alicubi Christi regnũ extenuet, ac
 paruum faciat, cũ aliquoties paucitatis electo-
 rum meminit, & per historias nobis propo-
 nit, semper paucissimos Deũ, plurimos autẽ
 esse qui sint errores principis huius sæculi secu-
 ti. Sed quo consilio operũ Dei hoc fiat, & quo
 modo infirmis conscientijs in hac parte con-
 sulatur, suo tempore dũ Domino uisum fue-
 rit, tractabitur. In utroq; igitur & reprobatio-
 nis scil. & saluationis iudicio, cõmuni errore
 longo tempore peccatũ est. Putauit enim or-
 bis, ante Christũ maledictionem penes gẽtes
 regnasse, quæ incircũcisæ carnis præputiũ tulerunt,
 tempore uero illius & Apostolorum
 omnes filios iræ fuisse, quib. Euangeliij cogni-
 tio non affulserat, & quos aquæ externum
 lauacrum non perluerat. Quæ opinio quan-
 tũ distet à uero & sincero electionis & repro-
 bationis

Error de
 reprobati-
 one & sal-
 uatione.

bationis iudicio, nō est negociū deprehēdere.
 Porro si odium in cognitam ueritatē, quod
 Iohannes peccatum ad mortem, Christus ue
 ro peccatum in spiritum sanctum uocat, irre
 missibile est, et uasorum perditionis index,
 quale est in ijs qui dicunt malum bonum, &
 bonum malum, qui ponunt tenebras in lucē
 & lucem in tenebras. Errent uehementer ne
 cesse est qui ob quamcunque incredulitatem
 ignorantiaē Christi, & quos externa symbola
 non signauerint, inter maledictos & hædos
 referunt, & infantes omnes, eo quod propri
 um delictum non committunt, ab ira Dei ab
 soluunt. Quos si propensio ista hæreditaria
 ad malum, quā peccatum originale uocant,
 beneficio sanguinis Domini non damnat,
 multominus cum accreuerint, eos in mortis
 periculum proprium quod uocant, delictū
 adducit, quod fructus est istius genialis mali
 ac contagiosi morbi aliunde uelut per mas
 nus à primo Adam deriuati. At damnationē
 nullius delicto siue proprio siue alieno, sed re
 probationi Dei, qua cum Esau maledicti in
 utero, priusquam uel bonum uel malum faci
 unt, odio habentur, & incredulitati abnegati
 Euangelij scriptura tribuit, sicut nec iustitia
 operibus quantum uis bonis assignatur, sed
 spiritui sancto per electionis uim in nobis effi
 caciter

Iesa. 5.

De infan
tū salute.

Cui dāna
tio tribu
enda.

eaciter agenti. Quamuis super infantes re-
 probos sicut nec super ceteros ignaros ueri-
 tatis quemadmodum indicauimus, ira Dei
 non manifestetur, priusquam semen peccati
 in spiritum sanctum in utero per reprobatio-
 nem conceptum sese exeruerit, siue hic siue in
 futuro sæculo, & in manifestatum Christum
 incurrerit. Nam reuelationem Euangelij ad
 hanc horam scriptura nusquam cogit, & ab-
 sentia carnis non impedit, quo minus illud
 ijs etiam qui carne exuti sunt, notũ fiat. Alio-
 qui quis docuit angelos Christum, ut huic
 ministrent & in eo patrẽ in cælis glorificent?
 Quis instruxit dæmones ut clamaret: Quid
 rei nobis tecum est Iesu fili Dei? Quis item
 docuit Satanã ut diceret: Si filius es Dei iube
 ut hi lapides panes fiãt: Itẽ: Si filius es Dei præ-
 cipita te deorsum: Item hoc ex scriptura: An-
 gelis suis mandaturus est de te: Item, unde di-
 dicit infensus esse benedictionis semini Chri-
 sto Iesu, ut eius calcaneum mordeat & ab ini-
 tio mundi ipsum occidat: cum quo & eius
 consortibus, si omnes impij eiusdem præ-
 mij et maledictionis participes sunt, ut electos
 eadem hæreditas uitæ æternæ cognitionis
 Dei uiuentis cum angelis manet, non mora-
 bitur huius uitæ cursus, quo minus prædesti-
 natis ad gloriam, quorum spiritus non ocia-
 tur, non

Psal. 99.

Matth. 8.

Mat. 4.

Psal. 90.

Gene. 3.

tur, non stertit, non oscitat, Christi cognitio
 ad salutem uel reprobis ad mortem antequam
 ad tribunal sistantur, si minus hic, in futu-
 ro tamen seculo contingat, ut coram Christo
 manifestari unusquisque reportet, ea quae per
 corpus fiunt, iuxta id quod fecit, siue bonum
 siue malum, 2. Cor. 5. Quod ut fiat, radix pec-
 cati ad malum infidelitas scilicet de qua supra, re-
 uelanda est, & in electis qui hic ignari sermo-
 nis regni abierunt, boni fons uide licet fidei as-
 petiendus. Taceo ut homo internus liberatus
 ab homine externo, qui plenus mora est et im-
 pedimentis, comodiorē noscendi Euangeliū
 uitae occasionem habeat, quem caro quantum-
 libet etiam in hoc saeculo ardentem à ceepro
 spiritus feruore sapissime reprimat et noscen-
 di amandique Dei calorem refrigerat, ut cum
 Apostolo, nisi charitas & fratrum salus cum
 Ezechia diuersum moneat, exclamare oportet:
 Quis liberabit me à corpore morti ob-
 noxio? per quod crebro surgentibus interim
 spinis & tribulis curae huius seculi, interna illa
 uitae aeternae sementis uelut in herba perit, &
 ad tempus ita suffocatur, ut ferme electissimorum
 etiam uasorum salus nonnunquam deplorata
 uideatur. Verum Dominus qui potēs est
 absolueret quod cepit, qui opera sua manca et
 mutila non relinquit, nouit tempus quando
 occultum

Iesd. 38.

Rom. 7.

occultum et sopitum uitæ ignem reuiuiscere uelit, qui misericors est et præcipitanter ac do-
 lo malo cum suis exclusis cognoscendæ ueri-
 tatis spacio nõ agit, ut uel ad hanc uitæ omni-
 bus modis impeditæ & negociosæ horam uel
 ad extremum uitæ exitum, dum natura alio-
 qui occupatissima est, iudicium suum uelut
 crudelis tortor affigat. Qui agnoscit figmen-
 tum nostrum quod puluis, cinis, et fœnum su-
 mus, pius ac plenus gratia, lentus ira & ma-
 gnus misericordia. Taceo Petrum, ubi de Eu-
 angelio mortuis prædicato apertam mentio-
 nem facit, qui tamen locus ad fidei regulam
 excussus, omnino ad gloriam iustitiæ & cle-
 mentia Dei cuius omnia opera in fide fiunt.
 consentit, & temeritatem de mutis iudicandi
 præscindit, atque Dei bonitatem latius fundi
 monet quàm carnis angusta & suspiciosa res-
 nes & corda non scrutans diffidentia præscri-
 bar. Dominus fatetur in scriptura, se populũ
 suum propter præuaricationẽ ad tempus pri-
 uatum regno & sacerdotio et Prophetis, hoc
 est uerbo suo deserere. Sicut etiã uidemus su-
 perioribus sæculis in utroq; populo Dei, hoc
 est, in utroq; Israele & carnali scil. & spiritali
 hoc est, in electis accidisse, abominatione des-
 solationis per elementa mudi, hoc est, per Tal-
 muth in Iudæis, per Alcoram in Turcis, per
 Ius canoni-

Psal. 103.

1. Pet. 3.
Locus Pe-
tri de præ-
dicato Eu-
angelio
mortuis.Electi dese-
ri in hoc
seculo pos-
sunt.

lus canonicum in Papistis in loco sancto,
 hoc est, in electorum quos totus orbis habuit,
 & hodie habet, cordibus imperiose regnate,
 nihilominus tamen populum sic errantem
 propter amplitudinē gratiæ electionis cuius
 illum penitere non potest. Et eandem ad hoc
 sæculum non compingit, & sædus destinati
 onis suæ in uitam sempiternam, saltem in
 prophetis, ut de Israel constat, passim appella-
 lat. Sinatus obsecro in laudem nominis illius
 us, benedictionis Abraham suum in quem
 ipse benedictionē omniū gentium reponit,
 ampliorē et capaciorem esse, quā hactenus ha-
 bitus est, in quo si generatio uere promissi se-
 minis Christi Iesu inenarrabilis est iuxta Pro-
 phetam, cur nos ad tam paucos gratiam &
 clementiam patris reijcimus: qui omnino ut
 bonitas sua orbi longe lateq; pateret, in car-
 ne manifestari uoluit, pñs & benedictis in sa-
 lutem, in quorum Ecclesia amplissime exalta-
 retur, glorificareturq; iuxta hoc: Narrabo no-
 men tuum fratribus meis in medio Ecclesiæ
 laudabo te. Item: Ex te laus mea in Ecclesia
 magna. Stat in concussum & firmum electio-
 nis & reprobationis Dei propositum, à quo
 is nunquam diuellitur, quod se ad nullum ele-
 mentum mūdi, ad nullam nationem, ad nul-
 lum statum

Iesa. 53.

Psal. 22.

Electionē
 ad mundi
 clementia
 non alliga
 re

lum statum, ad nullam ætatem, ad nullum prætextum ignorantia boni & mali alligat, qui maledicti sunt in matris uulua, extra matris uulua, siue infantes siue grandes nati, siue Scythæ, siue Græci, siue Iudæi, siue nostri Christiani in perenni ira dei, et in perpetua maledictione sunt. Contra uero electi semper in gratia Dei sunt, imò dilecti, priusquam huius mundi iacerentur fundamenta, in quacumque sint ætate, in quacumque uitæ conditione, quocumque loco & genere, siue mortui, siue uiui, siue masculi, siue femellæ, siue liberi, siue serui, siue errans ad tempus ex Zelo Papista, siue recte incedens antipapista, siue alij quicumque quos sub malis pastoribus & lupis error detinet, absente per Euangelium suum uero pastore Christo Iesu. Proinde Esau in fauorem Dei quo in utero caruit, non uenit postea cum circumcissione fœderis signo in populū dei accensetur, qui ex prædestinatione et nullius creature usu emanat. Ismael quamuis semē Abraham circumcisum erat, hoc nomine tamen hæres non scribebatur, Isaac obrinente hæreditatē, qui promissionis proles & liberæ non ancille filius erat. Iudas proculdubio circumcisus fuit, hac caussa tamen spiritu gratiæ non donabatur, cum ei carnis prepuccium præscinderetur, qualitercumque parentū oblationē & fœderis

Maledicti.

Electi.

Esau.

Ismael.

Iudas.

F uerbum

*Iohan. 12.
Gentibus
nunquam
electionis
benedicti-
onem defu-
isse.*

*Naaman.
4. Reg. 5.*

uerbum prætendas, quod cum electis solum sancitur & parentes illius impij poterant esse & indigni, quos Dominus exaudisset, cur hoc? quia filius perditionis, & à uulua abiectus erat, sic de reliquis. Contra uero in gentibus quamuis incircumcisis semper fuere qui etiã si nec oraculis, nec lege, nec externis symbolis cõmendati essent, chari tamẽ Domino fuerũt, cur hoc? Quoniam ipse personam non respicit, & electionem liberam, quæ est secundum promissionis spiritum, nulli populo sub cælo denegat, & eandem solum in saluando spectat, ut in Adã, Abel, Enoch, Noah, Abraham et Job clarũ est, quos gratos fuisse Domino scimus, priusquam ulla signacula cum lege tradita fuissent. Et cum externam circũcisionem Abraham acciperet, non cauebatur, in gẽtibus omnes maledictos fore qui per eam in populum Dei solenniter censi nõ essent, uerum solũmodo mortis corporalis fit mentio, per quam si qui in populo suo uiderent incircumcisi, delerentur. Naaman ex gentibus Syrus incircumcitus erat, nihilominus tamen sic amabatur à Domino, ut Heliseus eum septies in Iordane lauatum à lepra mundaret, & ille experto in se beneficio Dei Israel aperte diceret: Non est alius Deus in uniuersa terra, nisi tantum in Israel, idem uidere est de

est de Regina Auftri, de Hyra rege Tyri, de Iethro Moſe ſocero, de Sarephthana item uirgula, ad quam idem Propheta cum fame ſatiſſima graſſaretur ut eius inopiam ac inedia ſubleuaret, ſolum Domini iuſſu diuertit. *Cyrum præterea regem Perſarum gentilem & incircumciſum amanter & familiariter ſuum Meſſiah compellat, quo autore ut olim Iſrael ſecundum carnem ex captiuitate Babylonica liberatus fuit, ſic hodie per Apoſtolos ex gentibus delectos uerus Iſrael, qui ſecundum promiſſionem Iſrael eſt, ex captiuitate ſpiritalis Babylon plenè magis plenè idololatria et errorum confuſione in Euangelij libertatè uindicabitur. Ad Niniuitas poſtremo quamuis præputium circumferrent & hoſtes Iſrael eſſent, Ionas tamen Propheta relicto populo Dei cum magno cordis ſui dolore poenitentię predicandæ cauſſa miſſus uenerat, qui etiam ſi de ſemine Abraham non erant, & Domini cognitione per incredulitatè ſimplicis ignorantie ſermonis regni carebant, tamè ſic diligebatur, ut dominus diceret: Tu doles ſup hederam, in qua nõ laboraſti, neque feciſti ut creſceret, que ſub una nocte nata eſt et ſub una nocte perijt, et ego nõ parcã Niniue civitati magnę: in qua ſunt plus centum uiginti millia hominum que ſciunt quid ſit inter dextram et ſiniſtram ſuam &*

Vidua Sarephthana.

*Cyrus.
Ieſa. 45.*

Niniuitas.

3. Reg. 19.

iumenta multa. Permittamus obsecro domi-
 num suos scire & noscere, quot adhuc restēt
 millia hominum electorum, qui genua Baal
 ex animo non flectant, & largiaris cæcam car-
 nem circa externam operum laruam ac speci-
 em cæcutire ac oberrare, in quam electissima
 glorię uasa sepe simillima apparēt ignominie
 uasis sic ordinante Domino, ut mundus in iu-
 dicio suo cæcus maneat, spiritu solo penetrā-
 te in abyssos & profunditates cordium. Taceo
 postremo reliquas gentes quas similiter cum
 Niniuitis ignorantia sermonis Euangelij, ab
 ira dei si qui ex illis electi sunt, eximit, quas ge-
 tes etiam plerumq; , cum in Israele uerbū Do-
 mini (ut est illud diues & nō sine amplissimis
 bonitatis Dei diuitijs in mundum uenit) ma-
 gnifice et insigniter floreret, insignib. donis
 excelluisse constat, ut hoc prophetarū in Græ-
 cis & Christi in Romanis secula declarant. In
 quorū multis tot insignia facta, tā propensū
 animū sancte & loquēdi & uiuendi, tu nō te-
 mere seruū alienū relinquēs domino suo, iur-
 dices, qui nescis numerū filiorū regni, & quā
 legem ex sanctificatione electionis Dominus
 scriptis in libro uite insculpsit. Ex Gentibus
 q̄ doctrina et uite exēplo huius seculi Christia-
 nos longe antecelluerunt, ex uita non iustifi-
 co, quæ in speciem sanctissima, communis
 potuit

Bonitas
 dei in Gen-
 tes.

Cum uer-
 bo domini
 semp am-
 plissime
 effusa Dei
 dona in or-
 bem.

Vnde ele-
 storum ex
 Gentib. no-
 na et uite
 sanctitas.

potuit esse cum multis ignominia & iræ ualidis, sed ne eos temere damno, sciens pro certo eos qui ex illis ordinati fuerunt in uitam, per spiritum timoris organa gloriae in utero sanctificantem Domino, tanto sciendi ueritatem & prosequendi honestum, ardore incensos fuisse, de qua re non nihil supra. Carni quod scias, hic nihil tribuitur, iustitiæ operum & uiribus humanis nihil assignatur, sed electi omnis gratiæ occulte etiam in electis ante reuelatum Euangelium operanti omnia tribuuntur. Vt in Centurione, & reliquis & hodie in nobis omnibus quibus iam crucifixum & exaltatum Christum cognoscere accidit, patet, gloria spiritus Domini iesu et predestinati omnis uirtus hic locum habent, semel electionis spiritus timoris hic exaltatur, qui eos admiratione & amore mirabilium Domini agit, quos mundus ignorat, & DEVS CHRISTO dedit ante sæcula condita, ut in ipso saluentur, nihil refert an de sua salute in hac uita an in futuro seculo exuto corpore peccati certificentur.

Ceterum, quæ monuimus de externis symbolis, quomodo DOMINVS selectionem suam & nostram salutem ad ea non cogat, non in hoc dicuntur, ut illorum institutioni à nobis quicquam derogetur, quæ Dominus

F 3 tanta

XII.
De signis.

ranta religione ac solennitate populo suo ser-
uanda commendauit, sed ut solius prædesti-
nationis et fidei in ijs, quæ ad salutem pertinent,
habeatur ratio, & ne plus elementis mundi
tribuatur, quàm uerbum D E I & fidei di-
gnitas ferat, sicut hactenus factum est & ho-
die pleriq; quamlibet palpabili errore facere
pergunt. Porro non legimus in uniuersa scri-
ptura, signa in hoc instituta esse, ut in eis Do-
minus populum suum sic agnoscat, ut reli-
quos omnes populos externis signis non in-
signitos pro reprobis habeamus, & que minus
ut imposita sint, quæ loco $\sigma\phi\epsilon\alpha\gamma\iota\delta\omicron\varsigma$ consci-
entias nutantes ac infirmas non sua ui ac in-
dole, sed uerbi promissionis quod prætexi-
tur, uirtute confirmet & de D O M I N I
fauore certificent, de priore parte paulo su-
pra, de hac posteriore quantum ad nostrum
negocium pertinet, iam obiter dicemus. Fate-
mur Abraham circumcisionem à Domino
arctissime custodiendam traditam fuisse, in
qua cum semine ipsius æternum fœdus feri-
ret, sed nusquam legitur propterea præputij
circumcisionem sigilli instar debere esse per
uerbi uim, per quod posteritas Abraham se
solum uere semen, hoc est, semen secundum
promissionem esse sciret, quæ nec cæteras
gentes quantūuis incircūcitas unquam desti-
tuit,

*Signa non
certificant
per uer-
bum.*

*Circumci-
sio.*

tuit, uel cū fides periclitaretur, ac in lucta sua
 esset, filij Abraham circūcisione uice certificatis
 signi, per hoc uerbū promissionis. Erit pactū
 meū in carne uestra in fœdus sempiternū, ut
 ratur. Abraham enim certus erat fauoris Dei
 erga se priusquam circūcisionem acceperat,
 iuxta hoc: Credidit Abraham Deo & re-
 putatum est ei ad iustitiam. Credere autem
 est firmum esse, & certum de beneuolentia
 Dei, ut dicas, sine respectu ullius creaturæ: In
 te Domine speraui, non confundar in æter-
 num. Postea uero ut eam recepisset, ea nun-
 quam opus habuit, per cuius memoriā iam
 exercitæ, & multo crucis usu ac tolerantia ex-
 plorata duratæq; fidei, firmus de misericor-
 dia Domini redderetur, quo nomine scriptu-
 ra se explicat cum *σπειρομην* signum fœderis
 uocat non certificans, sed quod ictum cum
 Abraham semine fœdus representaret, & cir-
 cumcisionis cordis à prauis et fœdis carnis af-
 fectibus *τὸ σινδὴν* symbolum esset. Sic etiam
 Iridem fœderis signum appellat, non quod
 electorum corda de non amplius perdendo
 mundo aquis, per fidem promissionis ad ex-
 ternū pacti signum alligatæ, confirmaret, sed
 quod Dei fœdus significaret, nec etiā usquā in
 uniuersa scriptura ex eplū reperias, ubi ex san-
 ctis quisquā uel circūcisione uel Iride sit usus,

Gene. 15.

Psalm. 21.

Iris.

*Natura fi
dei.*

Adam.

*Ahaz.
Iesa. 8.*

quemadmodum sigillis obfignatarum literarum utimur, quæ tota ad fidei regulam se explorat, cuius natura est recta acie in faciem Dei plenam gratiæ et lucis intendere, & inde solum uitam, & spiritus consolationem ac uigorem accipere. Cæterum si signis talis uis inesset, ut fractas & demissas conscientias uerbi uirtute corroborare, ac quodam uelut laxa mēto releuare deberēt, deterioris longe conditionis Adam fuisset, quàm nos sumus, qui tantam consolandi se commoditatem non habuisset, à quo tamē uelut à capite trāsgressiōnis peccatum in nos omnes una cum morte crudeliter peruasit, quē per nullum aliud signum post peccati æstum spiritus refrigerio refocillatum comperimus, quàm per promissum benedictionis omnium semen Christū Iesum, cuius sanguini iniuriam faciunt, quocumque aliunde quàm ex ipso fidei robur & incrementa quærunt, in quem omnes promissiones uelut in scopum uirtutis & gratiæ Dei tendunt. Hinc Ahaz regi nullum aliud signū dabatur, quā puer ex uirgine nascendus, hoc est, Christus Iesus uerus ille Emanuel noster, qui per sanctā & purā ex spiritu sancto conceptionem, ueteris Adam corruptam, impurā, et maledictā generationē tolleret et expiaret, et domū Iuda, hoc est, electos dei de cruenta manu

manu Senacherib, hoc est, ex Satanæ & An-
 tichristi crudeli imperio liberaret, quo Domi-
 nus alludens nullum aliud signum Iudæis *Signum*
 ostendere uoluit, quam Ionæ prophetæ si- *Ionæ Pro*
 gnum, hoc est, se ipsum per quem ut resurre- *phete.*
 xisset, spiritus sanctus postea clarissime mun- *Mat. 12.*
 do ostenderet quis Christus esset, & unde ue-
 nisset, & quid à Deo patre mundo attulisset.
 Tale etiam signum salutis & fortitudinis cor-
 dium electorum Prophetæ solummodo des-
 scripserunt, & Apostoli prædicarunt. Messiah *Ies. 53.*
 uidelicet illum uerum percussum pro pecca-
 tis multorum & euectum in altum, qui am- *Psal. 67.*
 plissima de super omnibus hostibus tenebra-
 rum in triumpho abductis mitteret dona, ne-
 que talem qui in symbolis uel uitam uel fir-
 mamentum cordibus nostris uerbi benefi- *Scriptura*
 cio concederet, talem enim ignorat scriptu- *Christum in*
 ra, & aliū quā qui conceptus sit ex spiritu san- *symbolis*
 cto, & post sanctum & benedictum partum, *utilem ad*
 uarijs tentationibus exagitat, & tandē cru- *cōfirmā-*
 cifixus & ad dexteram uirtutis Dei exaltatus, *das cōsci-*
 proferat, fides quæ in liberum & nullis mundi *entias*
 elementis addictum Christum spectat, nec *ignorat.*
 agnoscit nec admittit, præsertim talem qui
 nulla necessitate & fructu quem inde decer-
 pas, tanto miraculo impanatus & per certa
 uerba uelut in digitos supputata in calicem à
 F 5 quibusuis

quibusuis etiam impijs deuocatus labefacta
 ta corda ac laborantes ac defatigatas consci
 entias uelut pignus & gratiæ signaculum cor
 roboret, quem tamen scriptura dum uel pec
 catum urget, uel mors angit, uel potestates su
 am tyrannidem intentant, solum porrectis
 digitis libere apud patrem regnātem, qui ibi
 solum suos spiritu sancto in corda electorum
 immisso consoletur, & cadētes animos con
 tra omnes tentationum impetus armet, eri
 gatq; demonstrat. Hoc enim est Christum I E
 S V M implere omnia in omnibus. Hoc est eū
 sedere ad dexteram Dei, nō corporaliter esse
 ubiq; , nedum per certa uerba sine ullo consci
 entiae consolandæ usu impanari. Iohannes
 monet nos ne peccemus, & si quis peccauer
 rit, aduocatum nos habere apud patrem I E S
 V M Christum, non miraculose in panem
 & calicem deiuratum, qui ibi quasi antea sui
 ignaris gratiam elargiatur. Qui alibi docet
 se paraclētū non missurum esse nisi abeat, &
 nequaquā docet consolatorē spiritū se no
 bis non exhibiturum, nisi per communica
 tionem corporis sui in fractione panis electis
 regni sui corporaliter præsens communice
 tur. Qui igitur signis alijs promissiones ap
 plicant quam Christo I E S V, per quorū usum
 uel gratia distribuatur uel cor fluctuans ac du
 bium

*Christum
 regnare
 ad dexte
 rā patris.
 1. Ioan. 2.*

*Promissio,
 nes unico
 signo salu
 tis & ro=*

bium confirmetur, uiderint ipsi quid affir-
 ment, ne cum uolunt hoc modo Christi glo-
 riam promotam, eandem quo minus proce-
 dat, remorentur, stipulamq; scœnum et lignũ
 super fundamentũ struant, quę explorator
 ignis comburat, & nouum idolũ cui genua
 flectant p̄j, in templo Dei statuunt, in quod
 Domini ira qui zelotipus est, exardescat &
 cultores eius una cum Israel cum dijs gentiũ
 fornicantes perdat. Qui symbolis misericor-
 dię Dei illapsum ac influxũ adstringunt, per
 inde loquuntur, ac si plerosq; non ante rece-
 pta symbola gratiæ spiritus afflauerit, ut de
 Adam, de Noah, de Iohanne sanctificato in
 utero, de Eunuchis & alijs patet. Deinde si fi-
 dem requirunt, priusquam signis iniciemur,
 mirum est cum fides est uiuus sensus gratiæ
 iam distributę, qui sibi constant, cum affir-
 mant, hunc ordinẽ Deum uelut perpetuum
 seruare ut gratiam suam non infundat ante
 signorum usum. C H R I S T V S quam
 uis sciret fore ut Apostoli sui salutis post acce-
 ptum spiritum sanctum certissimi ac con-
 stantissimi fierent, tamen nihilo secius cum
 cœnam suam institueret, magno argumen-
 to sacramenta non esse propter infirmos
 instituta, monebat ut sicubi contingeret
 eos postea conuenire in unum in sui memo-
 riam

boris alli-
 gari.

Gratie
 illapsum
 nõ appli-
 cari ad si-
 gnorum
 usum.

Sacramen-
 ta propter
 infirmos
 nõ insti-
 tuta.

2. Cor. 11.

riã non internã solũ, quæ in sanctis perpetua est, ex quorum cordibus mortis Christi beneficium nunquam euellitur; sed in externam commemorationem iuxta Apostolum pane & poculo benedictionis uterentur. Et nequam ut per hoc uerbum promissionis, hoc est corpus meum quod pro uobis traditur, quod iam impletum est, & alio spectat quam ut ad sacramentale signum alligetur, conscientijs uel gratia distribueretur uel robur accederet. Porro si spiritus firmationem spectes, nemo melius cæna Domini usus fuerit, quã qui iam norunt, quantum beneficium per mortem Domini acceperint, ut enim quisq; certior & firmior est fauore Dei erga se, eo ardentius & cum maiore fructu effusum Domini IESV sanguinem in fratrum conuentu prædicauerit, ut de Apostolis dedimus exemplum. At cænæ symbolum in hoc institutum est, ut conuenientes fratres, Christũ crucifixum & exaltatum iam certi salutis suæ. Iam elargita gratia, iam dispensato corpore Christi, non corporaliter sed spiritualiter celebrent, & se fratres eiusdem regni declarent, iuxta hoc. Vnus panis corpus multi sumus. Quod etiam plusquam fraterna poculi inter discipulos diuisio, & tam sollicita ad charitatem exhortatio probat, quam Christus nusquã

*Firmati in
fide rectif
sime cæna
Domini
utuntur.*

stus nusquam diligentius inculcauit, quam ubi conuiuium hoc suum in memoriam mortis suae peragendum, demandabat.

Taceo eos qui hic in symboli huius usu promissionem prætexunt, unde imbecilles conscientiae confirmantur, sic agere quasi confirmatio magis symbolis per promissionis uerbum tribui possit, quam iustificatio, quæ si nihil aliud est, quam subinde augescens iustitia cordis, hoc est, in dies magis magisque crescens misericordiae Dei sensus, ut de fide in fidem de claritate in claritatem prouehimur, donec in plenitudinem cognitionis Dei intremus, certe sicut signa per promissionis uerbum non iustificant, sic etiam multo minus corda nostra corroborabunt, quod maiore robore spiritus opus habeat confirmandus, quam primis iustificationis fidei rudimentis initiandus.

Verum neruos & augmenta spiritus à solo Domino subinde facta maiore reuelationis accessione in quotidiano crucis usu & fidei experientia præstolabimur, scientes ad afflictionem parere patientiam, patientiam uero probationem, probationem autem spem, quæ non pudefacit, dante nobis patre qui est in cælis, spiritum sapientiae & reuelationis per agnitionem sui, ut sciamus quæ sit spes adquam

Sicut symbola non iustificat sic nec confirmant.

Rom. 5.

ad quam ille uocauit, & quæ sit excellēs ma-
gnitudo potentiae illius in nos, qui credimus
secundū efficaciam roboris eius, quam exer-
cuit in Christo cum suscitaret eum ex mor-
tuis, & sedere fecit ad dexteram suam in cele-
stibus, non secundū uirtutem inpanationis
eius, aut carnaliter in uiscera nostra traieci.

*Presentia
Christi no-
biscū usq;
in finem
mundi.
Ioan. 6.*

Qui fidem dat se nobiscum futurum in fi-
nem mundi per ueritatis doctorem & uni-
cum in necessitatibus consolatorem spiri-
tum patris sui, quem si qui habent, carnem
eius edunt, & sanguinem eius bibunt, & in
æternum uiuunt, quo uero si qui carent ut
mortui sunt, sic CHRISTI carne non
uescuntur.

*Maledicti
carne
Christi
non ue-
scuntur.*

Abeant hic impij & maledicti, qui ex hoc
conuiuio carnis & sanguinis Christi IESU,
cuius participes esse non possunt, nequa-
quam saginantur. Iudas pane & poculo ce-
næ Domini uesci potuit, carne Christi nullo
modo uesci potuit, qui filius perditionis fuit,
quam qui edunt uitam æternā iam habent,
iam sunt filij & hæredes regni. Alium autē
esum carnis Christi, quam uiuere cognitio-
nis misericordiæ patris uita, scriptura non ex-
plicat, & alium fides non experitur.

*Esus car-
nis Christi
Iesu.*

*Fidicerti-
tudo.*

Quæ non est incerta opinio eius, cuius nul-
lum gustum habeas, sed uiuax ac reperiens
cognitio

cognitio illius quod semel conceperit, quæ
omnis cordis uenas plena luce & efficacia
permeat.

Tales enim sunt omnes fidei loci, ut com-
prehensi & cordi nostro digito D E I inditi,
mirifice electorū pectora tangant, ac eadē de
bonitate Dei feriant, uelut locus de Deo, ut sit
pater noster conditor & moderator omnium,
cuius potentia, cuius uirtuti resisti nō possit.

De Christo deinde ut sit filius unigenitus
Dei natus ex uirgine & ex spiritu sancto con-
ceptus, qui passus & mortuus, & tercio die ex-
citus sit, & in cælos ascenderit, sedens ad de-
xeram patris, inde uenturus iudicare uiuos
& mortuos.

Qualis item articulus est de sancta Eccle-
sia, de uita æterna. Quales postremo loci
de figuris & umbris Mosē, ueritatem & luz-
cem regni spiritus delinantibus, de uarijs
item & multiplicibus historijs in Israele & ei-
us hostibus gestis, quæ omnes per inuolucra
sua quibus occulta D E I cælant, ut altius cū
magna admiratione sapientia operum Dei
& fidei nostræ ædificatione corda filiorum
regni cogitent, ut postea indicabitur, co-
hortantur,

At nemo aliquam utilitatem quam secum
articulus de Christo, ut panis & uinum fiat,
afferat,

Articulus
de impona
tione Chri
stisocio=
stus.

afferat, ostendere potest, qui præterquã quod ociosus est, contra omnem etiam regulam fidei, ad quam omnes prophetias examinandas esse Apostolus monet, gloriæ glorificati Christi quoque detrahit, quem nobis scriptura in nullis signis utilem sed libere & nudissime apud patrem, ut diximus, regnantem proponit, hoc est, talem Christum describit, qui nos uerbo & spiritu Dei regat, nutriat, foueatque, quod est iuxta scripturam illum regnare, iuxta hoc Apostoli, regnum Dei est iustitia. Pax & gaudium in spiritu sancto.

Rom. 14.

Baptif=
mus.

Quantum autem ad baptismum attinet, Iohannes baptista cum pœnitentiæ baptismum prædicaret, de post se sequente agno, qui sublatus esset peccata mundi, & baptizaturus spiritu & igni palam prædicabat, idem Apostoli fecerunt.

At talem doctrinam nusquam sparsere, ut per hoc uerbum externum promissionis. Hoc est corpus meum quod pro uobis traditur, uelut uehiculo & canali corpus Christi corporaliter edendum in remissionem peccatorum, uel confirmationem fidei adueheretur. Item per hoc uerbum. Qui crediderit et baptifatus fuerit, saluus erit, baptismus sigillum ac ἀρραβων promissi fauoris Dei erga nos existeret, quos ubique solum de Christo, ut

Prædicat=
t. o. Aposto
lorum.

in uita

in uita uarie tentatus esset, ut mortuus & crucifixus esset, ut resurrexisset, ut exaltatus ad dexteram patris sedisset, docuisse legimus Acto-
rum 2. 3. 4. 5. 8. Ad Ephe. 1. ad Rom. 8. prima 1. Cor. 1.
Petri 3. &c. Apostolus Paulus gloriabatur se non uenisse ut baptisaret, sed ut Christum crucifixum stultitiã Gentibus & scandalum Iudæis annuntiaret, quod si tanta momenta uel dispensationis gratiã uel confirmationis spiritus sita essent in impanatione Christi & in externo lauacro, proculdubio aliquid tale orbi prodidisset.

Addo, si fidei spiritus satis est ad iustificandum & corroborandum cor nostrum ut est, nam ad hunc solum in tentationibus mittit scriptura, quid igitur à symbolis expectabimus: si symbola de suo quiddam addunt per promissionis uerbum, quod præteditur, ubi igitur dignitas fidei cum Christo integro manebit: Et cur tale nihil Apostoli indicauerunt: quorum uniuersum Euageliũ ad Christum mactatum & glorificatum solum, qui non stros animos humi stratos ac iacetes attollat, certissimaque salutis spe interposita per patris spiritum, non per lauacrum, non per cenam erigat, remittit. Quod est organum illius solum, qui dat incrementum, Dei uidelicet patris, iuxta hoc, Ego plantaui, Apollo rigauit, 1. Cor. 3.

G

sed

sed Deus dedit incrementum. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui dat incrementum Deus. Ne tu mihi ex praedicatione uerbi externi, quae plantatio Pauli & rigatio Apollos solummodo est, idolum facias, & deroges trahenti & sanctificanti patri quod suum est, & sibi proprium ac peculiae, praeeunte ante omne exterum uerbum praedestinationis gratia filios regni cum Jacob, cum Jeremia, cum Iohanne & Apostolo & reliquis electis a uulua sanctificante.

Prædesti-
natio uer-
bum exter-
num præ-
cedit.

Dices, cur igitur hanc promissionem salutaris habet baptismus. Qui crediderit & baptisatus fuerit saluus erit, si ad salutem externam nihil fecerit: Promissio adest, fatemur. At hoc nomine non magis salutem & uitam in illa posueris, quam in operibus quibus etiam in scriptura multa per promissionem tribuuntur, tamen cum hoc sit liberalis promissionis & inhabitantis ac operantis in nobis praedestinationis spiritus Christi IESU conditione, nemo ex sanctis utetur operibus, quamlibet per ea iuxta Apostolum nostra uocatio certa fiat, ut uel salutem in his, uel quod idem est, conscientiae certificationem possinat. Alioqui quae non fenestra iustitiae operum, si tale quid doceretur, aperiretur?

2. Pet. 1.

Si enim gratuita Dei promissio est, cur non omnia

omnia gratiæ illius & agenti in nobis spiritui
 attribuuntur. At uero si huic omnia sunt assi-
 gnanda, & antequã depromatur ex penu cor-
 dis nostri bona opera, nosiã sanctos, saluos
 & certos per fidei spiritũ unicam illam iusti-
 tiæ et salutis arram, oportet esse, quis erit post
 hac in elementa mudi, et creaturas respectus?
 ut non dicas cum Propheta: Diligo te Domi-
 ne fortitudo mea, Dominus rupes mea &
 propugnaculũ meum, & cornu salutis meæ,
 non opera mea, nõ Christus carnaliter man-
 ducatus, non externa lotio. Alioqui quando
 tandem erecto uultu coram Domino de be-
 neplacito eius in omnibus certificati inambu-
 labimus: ut cõstanter dicamus: Ecce cælestis
 pater ut omnia intercidant, uiuis tu Domine
 celi & terræ, & in me uiuis, cuius sum filius
 adoptionis spiritu dante de hoc testimoni-
 um. Viuit Christus robur & potẽtia dextere
 tuæ, rex æternus, cuius sum cohẽtes, hunc
 nemo de quo certus sum, à dextera tua detur-
 babit, quo saluo, & ego saluus ero, cuius na-
 turæ, substantiæ & uirtutis consors sum, se-
 cundum modũ deitatis, iuxta donationem
 IESV in me inhabitantis, & hoc electionis li-
 bere tuæ beneficio non se arctantis ad quam-
 uis creaturam, sed in Christo nostro solum-
 modo efficacia.

Psal. 17.

Prædestina
 nationis
 fides uul-
 gatũ sym-
 bolorum
 usum
 reijcit.

G 2 Ad hunc

M. CELLARIUS

Ad hunc modum tandem discemus abne-
 gata semel tota creatura prædestinationis no-
 stri in uitâ, certi fieri, et seminis resipiscentiæ
 uim olfacere, salutisq; ac uitæ æternæ firmū ac
 solidum gustū nancisci, & uocationis nostræ
 spem quæ in æternum non confundat, longe
 certissimâ cōcipere, cumq; Apostolis in enar-
 rabili illo scriptionis nominis nostri in celis,
 gaudio exultare . Cuius sensum utinâ semel
 Dominus concedat ijs, qui hodie de externis
 signis tantopere magno Ecclesiæ scādalo di-
 gladiantur, qui si pergent in semel concepta
 ista animi sui immoderata ac pertinaci impo-
 tentia istum quem cœperunt, symbolorum
 sanctis quos scriptura memorat, certi suæ sa-
 lutis euadant, & pueritiæ ac infantis suæ in-
 cubulis egressi, Dominum loquentem in ui-
 sceribus suis per clarissimam reuelationem
 gratiæ electionis persentiât, & interim quod
 periculosissimū est, in alijs quoq; auctum fi-
 dei sistant, ne in Christi I E S V grandem ætas-
 tem expugnato toto tenebrarum principatu
 perueniant, ad quâ omnes nos uocamur &
 pmissionis fide in expugnabili perpetuo in-
 uitamur . Quâ euacuare nō decet, maxime
 eos, qui de Euangelio gloriantur, & per quos
 Dominus salutis doctrinam in hac nouissi-
 ma reue-

ma reuelatione uerbi sui hora denuo patefacere cœpit.

Quis sabbatū suum sacrificia & reliquas ceremonias suas quamuis sanctissime ab ipso traditas sic reiecit, cum alia ratione seruari uarentur, quam ipse instituisset, ut ad eorum cultores diceret, incensum abominatio est mihi, Neomeniam & sabbatum & festiuitates non feram, hoc præcipiēs. Lauamini munda estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quid putas eum ijs respōsurū esse, qui nostris symbolis cū tanta fidei & charitatis iactura in tantum abutuntur, ut omnes Satanæ tradere, & ex libro uite (laus Domino IESU omne iudicium datum esse) delere ac expungere audeant, qui in solo crucifixo & glorificato Christo freti, per omnia doctore spiritu sancto & scripturæ testimonio, salutem querendam docent. Qui cum tempore quoq; audient. Quid mihi cū baptismo uestro? quid mihi cum cœna uestra? qui fidem obliteratis, charitatem scinditis, manus plenas sanguine, & digitos plenos iniquitate gestatis, labia uestra locuta sunt mendaciū. A quibus sane dudū quiesci poterat tam atrocibus conuicijs & tam effrontibus cōtumelijs, à quibus charitas nemini malum ac damnū dans, & de omnibus etiā ini-

micis exemplo patris celestis benemereri pro
 pensa, tam uehementer abhorret, nisi Domi-
 nus iusto & sanctissimo cōsilio suos dum ue-
 teris hominis in illis insolescentiam uidet, uel
 ex donis, uel aliūde ex successu ortari, humi-
 liare in more haberet. Quo disceremus nos
 cum Israele in nostri figuram toties iudicio
 & igni castigato, simul atq; post secundum re-
 rum successum, Domino lasciuus recalcitra-
 set, quoties nobis relinquimur, nos homi-
 nes, & carnem esse, & id in electorū salutem,
 qui clarissimis inde exemplis edocti re ipsa
 comperiant, dum omnia fallunt etiam san-
 ctissima mundi, cui in negotio salutis sit fr-
 dendum, & cadentes filij regni quantumuis
 egregijs & supra ceteros magnificis dotibus
 insignes sint, experiatur, uniuersam carnem
 fœnum agri esse, Dominoq; in omnibus soli
 gloriam deberi.

Quos in hac manifestationis I E S V ho-
 ra sic cogitare conueniebat: Ecce Domine
 magno miraculo post tam horrendam cali-
 ginem per nos indignos seruos tuos lucem
 Euangelij tui orbi reddidisti, quæ forsan ma-
 ior fieri potest, quam per nos pro magnitudo
 dine reuelationis tui, & profunditate tene-
 brarum regni aduersarij primum ostēdi cœ-
 pit, habes & alia uasa per quæ gloriam tuam
 ampro-

am propagare potes, qui in nulla creatura thesauros sapientiæ tuæ concludis, & gratiam tuam nullis finibus, nullis limitibus circumscribis, hoc quod habemus, adhuc tenuè est & exile, & quicquid illius est, ex misericordia tua habemus. Proinde cum prophetiæ debent esse liberæ, & intra nullos cæcellos ac carceres cogendæ, propter spiritum sanctum qui metam & fines ob abyssos & profunditates tuas ignorat, nos igitur sedentes penes quos est iudicium, adhibito in arbitrum & sequestrum verbo tuo, cum summa, qua decet filios regni, mansuetudine iudicabimus, hoc unum seposito carnis affectu quaesituri, ut gloriam nominis tui & Ecclesiæ profectum unice promouere uideamus, quod si quæ non statim assequimur, suspendemus ad tempus iudicium. Dum orato à nobis te Domino nostro, secure quod ad laudem uerbi tui, & ad publicam ac communem electorum totius orbis salutem faciat, pronunciare possumus.

Ad institutum. Dandum igitur est cuique quod suum est, Christo quod Christi est, uerbo Dei externo siue scripto siue uiuo, quod est admonitionis ac testificationis interni uerbi patris cælestis organum, quæ uerbi externi sunt.

Christus

Verbū externum.

Signa.

Signis itē quorū uis in representando sita est, quę signorū sunt, ut uidelicet carnā Domini p̄ externā cōmemorationis ac p̄dicacionis beneficij mortis Christi, quę fiat in cōuentu

*Baptis=
mus mor=
tis et resur=
rectionis
figurale
signum.*

fratrū, symbolo habeamus. Baptismū uero ut mortificationis nostri & resurrectionis in nouū hominē sit figurale signū ad Rom. 6. Cuius altera representationis pars nō impletur, priusquam in secundo aduentu Domini

1. Cor. 15.

IESV, caro in puluerē terrę unde sumpta est, redacta, noua resurgat. Interim resurrectio nis ex mortuis uirtute in renouatione homi nis interni se prodente, donec in p̄sentia

*Homo cū
qui foris
est, hic nō
restitui=
tur.*

maiestatis seminatum in ignominia, in glo ria & seminatum in infirmitate resurgat in potentia, & hoc corpus animale resurgat spi rituale. Homo enim noster qui foris est, hic non restauratur, sed in dies singulos corrūpi tur, cuius restitutionē quę non dum facta est, et in extremo resurrectionis die fiet, tota crea tura in sui ipsius quoq; liberationem, sollicitē

*Cur tota
creatura
liberatio=
nem homi
nis expe=
ctet.*

expectat, & id ob eā caussam, quoniā homo caput nexus et cōpago ex creatione & recrea tione sui omniū existit, sicut eo saluo omnia sint salua, tū quę in cælis sunt, tū quę in terris, eo uero male affecto, omnia sint affecta, ut ce cidere uniuersa à suo ordine et statu primi ho minis

minis casu ac præuaricatione, redimenda ta-
men à corruptionis seruitute per secundum
Adã omnium caput resurrectionis efficacia, per
quam eum D E V S pater ex mortuis suscita-
uit, & ad dexteram suã dominũ super omnia
in reparationẽ omnium in cælestib. collocavit.

Roma. 8.

Quã resurrectionẽ interior homo hic imple-
re incipit, dũ plena facta repurgatione per pro-
bationis ignem totus Dei imaginem in quã
resurgit ac reficitur, exprimat, exustis omni-
bus quæ cum auro & argento explorationis
ignem ferre non possunt.

Resurre-
ctio in ho-
mine inte-
riore hic
incipit.

Hinc baptismus alicubi cum Christo sepe-
litio, alicubi Christi indutio, alibi regeneratio
nisi lauacrum, alibi demũ ablutio peccatorũ
dicitur, non quod hoc re ipsa sit quæ regene-
rantis fidei solum sunt, sed quod horum sym-
bolum sit representans. Proinde quæ de rege-
neratione ex aqua & spiritu scriptura memo-
rat, longe aliò spectant, quàm ut ad elementa-
lem aquam referamus, ut enim in nulla crea-
tura prætendas uerbum qualitercũq; uoles,
salus electorum est sita, sic per nullam regigni-
mur noua proles regni cælorum, non enim
est nomen sub sole &c. Qui hic externum la-
uacrum intelligunt quod necessarium sit ad
ωαλιγγενεσίαπ uideri possunt quid ex Chri-
sto faciant, electi uero qui per unctionẽ quæ

Regenera-
tio ex a-
qua & spi-
ritu.

Acto. 4.

non fallit, certi sunt penes foecundam regene-
 randi uim patris caelestis omnia solum posita
 esse, multo aliter aquam renascentiae inter-
 pretantur, quam externum baptismum, qui
 de terra terrenus est, exclusa doctrina uerbi, cui
 regeneratio cuius hic Christus meminit, qui
 de caelo se descendisse refert, sit caelestis & e
 supernis, sine qua nemo caelorum regnum in-
 trat, cum tamen multos desuper renatos sci-
 mus, quos aquae lauacrum nunquam attigit, quod
 sordes corporis detergere potest, conscientiae
 uero quae bene respondeat apud Deum, sor-
 des detergere non potest. Si regnum electorum
 iustitia pax & gaudium est in spiritu sancto, ele-
 mentum mundi ad illud nihil fecerit. Si quod
 ex carne natum est, caro est, & quod natum
 est ex spiritu, spiritus est, sane quicquid parer
 in nobis per spiritum suum solum non rege-
 nuerit, caro est & ad natiuitatem caelestem inutile,
 uerum per fidei spiritum solum filij Dei renasci-
 mur Iohan. 1. ad Rom. 8. Scimus praeterea ex
 Apostolo primum hominem factum de terra ter-
 renum in animam uiuentem, secundum uero
 de caelo caelestem in spiritum uiuificantem, cuius est
 baptismus ille per quem solum de die in diem in
 imaginem Dei de qua scriptura, sitis sancti quo-
 niam ego sanctus sum D O M I N V S De-
 us uester, renouamur.

Ut igitur

Ut igitur alicubi fit mentio baptisimi ex spi-
 ritu & igni, sic hic fit mentio regenerationis
 ex aqua & spiritu, propter quandam similitu-
 dinem quam ignis & aqua cum renouante spi-
 ritu habent, ignis comburit, sic et spiritus quo-
 rum corda semel arripuerit, quicquid est uetu- *Ignis rege-*
 stas exurit, nosque septies per timorem, per *nerationis*
 sapientiam, per intellectum, per consilium, *nis.*
 per fortitudinem, per scientiam repurgat, do-
 nec per hanc intrante cognitione quae est ex
 toto, in spiritum pleni Sabbati omnibus sco-
 rijs consumptis, & toto crassicie cordis nos-
 tri uelo deposito, intremus. Ignis praeterea
 postquam materia inflamauerit, lumen emit-
 tit, et lucem longe lateque spargit, sic & spiritus
 qui est uiua ac efficax Dei uirtus ac morio, om-
 nia per uerbum uirtutis et consilij animans
 ac uiuificans, ut corda electorum incenderit,
 & quae aliena a natura sua sunt, exufferit, om-
 nia luce perfundit & manifestat. Hinc hoc
 Apostoli: Dies declarabit quod in igne reuela- *1. Cor. 3.*
 tur, & cuiusque opus quale sit, ignis probabit,
 ignis scilicet reuelationis spiritus sancti per crucis
 examinationem omnia probas, stipulamque foenum
 et lignum exures, auro & argento, hoc est, nobis
 salutis maneribus, sicut tamen tanquam per istum exami-
 nationis ac purgationis spiritualis ignem, quae est
 columna

Exod. 13.

Par. 21.

Iud. 5.

Mala. 3.

colūna ista ignea quæ per noctē domui Iacob nobis in figurā prælucebat, et ignis iste per quē Dominus exaudit, qui ex petra quæ est Christus Iesus, ascendit, & omnia comburit. Item ignis ille examinans, qui conflatur & emundatur argentū, & purgat filios Leui ut sint regaliter per unctionem Dei sacerdotes, offerentes domino sacrificia in iustitia. In lege multa scribuntur de igne qui sacrificia quæ Deo offerantur, præparat, quæ omnia in hūc nostrū ignē omnia purgantem & illuminantem, conueniunt.

Regenera

tionis a=

qua.

Iesa. 4.

Per quem igitur ut uis spiritus sancti omnia renouans, accipitur sic per aquam hic non elementum sed abluens uis spiritus intelligitur, per quā quicquid est uetustatis sordium, ac purulentia, abstergitur, quā aquā Prophetā Iesā cum igni repurgatore ac in censore miscet, cum refert. Cum abluerit Dominus sordem filiarum Sion & sanguinem purificauerit in medio in spiritu iudicij & in spiritu ardoris. Habet autem aqua hoc quod purgat, quod sitim restinguit, quam naturam etiam in spiritus Christi ablutionis uis reperias, iuxta hoc Ezechielis: Et effundam super uos aquā mundam, quam mundam aquam & num externi lauacri & nequaquam, sequitur enim: & mundabimini ab iniquitatibus uestris, quas nulla creatura

Ezec. 30.

creatura, sed solum Christi Iesu spiritus delet,
 iuxta hoc quod subiungitur: Et dabis cor no-
 uum & spiritum nouum ponam in medio
 uestri. Item Iesaię 42. Et haurietis aquas in gau-
 dio de fontibus salutis, aquas uidelicet de qui-
 bus alibi: Effundam aquam super sitientem *Iesai. 44.*
 & pluuiam super aridam, quę flumina & quā
 pluuiam: certe spiritus, sequitur enim effun-
 dam spiritum meum super semen tuum, & flore-
 bunt sicut inter herbam, sicut salices super ri-
 uos aquarum, quarum fons patet domui Da-
 uid & habitantibus Ierusalem, hoc est, electis *Zach. 14.*
 in ablutionem peccatoris & menstruata. Hęc
 sunt istę aquę uiuentes per quas leprosus pu-
 rificatus die septimo tabernaculum suum in-
 gredi permittitur. Item aquę istę fideles & *Leuit. 14.*
 uiuę exeuntes de Ierusalem, ad quas sitientes
 uocamur, quas quibus deest argentum, gra-
 tis emant. In lege multa scribuntur de aquis *Iesai. 13.*
 expiationis & lustrationis, quarum aspergine
 immundi purificabantur, & lustrata labes ex-
 piabatur, quę omnes has regenerationis a-
 quas in figura exhibebant, per quas Israel se-
 cundum electionem qui nos sumus, perfusus *Leuit. 16.*
 purgatur & in uere Israel consortium recipi-
 tur, foris extra castra populi Dei uitulo & hir-
 co cum pellibus et fimo crematis, hoc est, tota
 uetustate

uetustate in renouationē noui hominis per
 purgationis ignem consumpta, per in duiro
 nem noui tabernaculi & de cælo cælestis, uere
 re exolescente de terra terreno, & hoc per uir
 tutem operationis spiritus sancti hominis in
 terioris cordi infusi, per quem in nouissimo
 die homo qui foris est, ex fauillis terræ resurre
 ctionis efficaciam per fidei potentiam omnia
 expugnantem & potenter super omnia & in
 omnibus efficacem, insufflata in faciem eius
 post uitā animalē, uita spiritali spiritus uiui
 ficantis & glorificantis, excitabitur. Legimus
 itē Ioha .s. de piscina probatica quæ quinque
 porticus habebat, in quibus iacens multitudo
 languentium cæcorum, claudorū, aridorū
 motum aquæ expectantium non prius piscinæ
 immersa sanabatur, quā angelus descen
 disset & turbasset aquam, quid hoc significet
 intelligunt ij, qui motum et cordis sui tactum
 per recuperandæ sanitatis bonæ conscientie
 desiderium sentiunt, quorum etiam corda
 tractu ac motu spiritus patris nō tanguntur,
 cæci claudi et aridi manent. Terra Genesis pri
 mo nō antea gramen, herbas & arbores qua
 rum unaquæq; fructum suum iuxta genus su
 um ferret, fundebat, quam Domini spiritus
 super aquas mobilisasset. Simili opere patet
 gloriæ in regeneratione filiorum regni agis
 quorum

quorum nullus fructificabit, antequam terra
cordis per aquas, spiritum & lucem præpare
tur. Iuxta hoc: *Visitasti terram & irrigasti eam,*
plurimum ditasti eam, riuus Dei repletus est
aquis, præparabis frumentum eorum, quoniam
sic præparabis eam. Hæ sunt regenerationis
aquæ quas iuxta Petrum, diluuium adombra
bat, in quo solùm octo animæ in arca quæ Chri
sti uel Ecclesiæ typum gerebat, seruabantur, cæ
tera carne uniuersa pereunte, quæ ad uolun
tatem Dei se nõ conformabat, ut in his aquis
quæ mortificationem inobedienciæ ueteris
hominis & uiuificationem ac saluationem nõ
ui hominis, continent, quoque accidit.

Psal. 55.

1. Pet. 4.

Porro umbrarum natura non est corpora
lia representare, sed spiritualia, quæ omnes ex
terna specie ea quæ occulte geruntur in regno
lucis & spiritus, assimulant, seruante hic Do
mino eundem morem, quem in creatione te
nuit, in qua non prius linebat lucem orbi il
lucescere, quàm tenebræ super abyssi faciem
uanescerent. Sic & legis umbratiles tenebræ
luci & ueritati regni Christi præeunt ac prelu
dunt, in quibus lineæ futuræ ueritatis à Do
mino uelut pictore signatur ducunturque. Qui
autem hic Petrum de externo baptismo uerba fa
cere contendunt, ea ad superiora iuxta exactam
fidei regulam exponant.

Umbræ
spiritualia
effigiant.Ratio figu
rarum le
gis.

XIII.

Ceterum quatum ad circumacionem et circumcisi

De circū-
cisi femi-
nis Abra-
hā salute.
Deut. 7.

feminiſ Abraham ſalutē attinet, ad quā pro-
pter prædeſtinationis, diſcriminis itē electorū
& maledictorū materiā in qua iā uerſamur,
redeundum erit. Perſpicuum eſt ex Apoſtolo
ſemen Abraham ſecundum carnem, in figu-
ra & nobis in exemplum contigiffe quæ con-
tigerunt, elegit quidem illud in populum ſi-
bi Dominus peculiarem & electum, cum cuius
ius poſteritate per circūciſionem fœdus per-
cutteret ſempiternum, cui oracula cui testimo-
nium, cui ſacerdotium, cui regnum, cui terrā
olei & mellis & lactis aſſignaret, uerum qui
hac cauſa populū illū omnia in ueritate habu-
iſſe fatentur, quæ ei ſcriptura tribuit, umbras
& figuras legis conſiliumq; electionis femi-
niſ Abraham præ cæteris gentibus, non conſi-
derant. Celebris eſt laus Iſrael quod nemo ne-
gat, at multo celebrior eſt laus ueri Iſrael Ro.
2. qui ſecundū electionis gratiā Iſrael eſt, quē
carnalis Iſrael delineat, quem quamuis in ſcri-
ptura populum ſuum Dominus amantiſſi-
me appellat, non ſtatim tamen omnes uere
Iſraelitæ, hoc eſt, uictores Dei per fidei ſpiritu
in eo fuerunt.

1. Pet. 2.

Filij Leui omnes in ſacerdotes ſanctificaban-
tur, at non protinus omnes ueri Iſraelitæ, hoc
eſt, uncti ſpiritu regaliſ ſacerdotij Ieſu Chriſti
extiterūt, de quo Apoſt. Vos autē genus electū
regale

regale sacerdotium, gens sancta, populus qui in lucrum accessit, domus Iacob erant promissiones, erant oracula, erat Lex, Sabbatum, Sacrificia, uerum non statim omnes filij promissionis fuere, non omnes illico spiritus ferijs feriabantur, non omnes uictimas & sacrificia contriti cordis offerebant, legemq; corde praestabant, ut externas caeremonias externo cultu ac ritu obseruabant, sic quantum ad circumcisionem attinet, confitemur quidem in speciem illi multa in scriptura tribui, sed cum sensus illius interior et penitior ueritatis recessus, remoto umbrae cortice, quaeritur, longe alia sententia constabit, quam hactenus recepta fuit. Pro confesso habuimus totum semen Abraham in infantia circumcisum, in uero fauoris Dei foedere exitisse, ac reliquas gentes uniuersas quae in praeputio suo ambulabant, in maledictione fuisse, moti forsitan pio Zelo scripturae uerbisque de circumcisione sic sonant: Et custodias pactum meum quod obseruabitis inter me et uos, et semen tuum post te: Circumcideretur ex uobis omne masculinum & circumcideris carnem praeputij uestri, ut sit in signum foederis inter me & uos, infans octo dierum circumcideretur in uobis, eritque pactum meum in carne uestra in foedus aeternum.

Verba haec plana sunt & aperta quod agnoscimus & inficiari nemo potest, at non tam

H plana

*Nō omnes
infantes se
minis A=
brahā cir=
cūcisos in
uero foede
re gratiae
fuisse.
Gene. 17.*

plana nec certa sententia, quã foris literæ uela-
 men suggerit, quãuis planissima quam spiri-
 tus exhibet, qui si sui similis est, & ubiq; sibi in-
 tota scriptura constans, ut est plane, qui uerita-
 tis non mēdacij aut diffidij spiritus est, is cer-
 te non dictauerit pactū istud externæ circūcisi-
 onis figura caruisse, & secundū ueritatem fœ-
 dus fuisse, sic ut omnes qui in eo fœdere fue-
 runt, simul in fœdere illo uero, hoc est, in gra-
 tiæ ac fauoris dei fœdere extiterint. Mani festū
 est enim non omnes qui ex circūcisione sunt
 Israel, omnes Israelitas esse Ro. 9. Essent autē
 omnes qui sunt de semine Abrahā, filij Abra-
 hā, si in extrema circūcisione fœdus gratiæ con-
 sisteret, in eo enim sita est adoptio filiorū A-
 braham, qui secundū promissionē filij sunt,
 Rom. 8. Quod si ita esset, ut omnes infantes
 circumcisi pro semine Abrahā secundum ele-
 ctionē censerentur deberent, quē igitur locū uasis
 perditionis in Israel carnali relinqueremus?
 Verum nō omnes posteros Abrahā benedicti-
 onis uasa fuisse, res gestę quę ab illo sub Mose,
 sub Iudicibus, sub regibus usq; ad Christi &
 Apostolorū tempora contigerunt, testantur,
 in quib. igit si semper multi hœdi et in utero
 maledicti fuerūt, hi sane nec postea circūcisi in
 gratiā Dei uenerunt, & filij per fauoris fœdus
 non fiebant, cur hoc? quod ex electis & agnis
 non erant, & hac causa circūcidi non pote-
 rant,

Pactū æ-
 ternæ cir-
 cūcisionis
 figurale.

rant, cum carnis præputium tolleretur, quod spiritu Dei fit, qui ex prædestinatione in Iesu Christo fuit, Rom. s. & ad Ephe. Præterea si in Isaac qui promissionis filius est, uocatur solum Abraham semen, hoc est, si qui promissionis filij sunt, solum in semine reputantur, ubi igitur locum habebunt Ismaelitæ qui ante illæ filij nõ libere sũt, ut cũ eis quãuis circũcisis (ad mysterium alludo) pactũ spiritus adoptionis filiorum, cælestis pater feriat: Igitur cum maledictis ille, pacis fœdere, recõciliari nequeat, neque possit, propter propositi sui constantiam, à qua recedere ac pedem referre per ineluctabile damnationis ac reprobationis decretũ, nequit, nõ omnes infãtes in pacto interno, uero et spiritali gratiæ dei erũt, ut in externo, ũbratili, ac figurali fœdere fuerũt, ob eãque rem longe alius sensus hic petendus erit, quã hactenus fuit animaduersus, ut uidelicet de pacto carnalis circumcissionis loquamur, sicut de Israele externo loquimur, quod sit populus Dei electus & peculiaris, sicut de sacerdotio, sicut de regno, sicut de Sabbato & reliquis loquimur, quæ omnia non habuere in ueritate & re ipsa, quod habuere in figura & umbra, externus enim Israel nihil est, sed qui in corde Israel est, is uere Israel est. Ex-

*Figuram
rei non ea
quari.
Israel.*

H 2 ternum

Exod. 30,
Israel sa-
cerdotiū.

2. Reg. 8.
Regnum.

Luc. 1.

ternum sacerdotium quamlibet sanctum
in scriptura uocetur, nihil est, sacerdotium
quod in occulto est, unctum unctioe illa
omnia docete, & priore sacerdotio represen-
tatum, aliquid est. Externū regnū Dauid quod
Dominus in æternum stabile fore polliceba-
tur, quod multi impij gesserunt, nihil est, sed
regnum spiritus & uerbi CHRISTI Iesu ueri
illius Dauid de Goliath uictoris, in abscondi-
to sitū, uere regnū existit, qđ in sæcula per di-
spensationē spirituale super domū Iacob cæ-
lestem durabit, iuxta hoc: Et dabit illi domi-
nus deus sedē Dauid patris ipsius, regnabitq̃
super domum Iacob, in æternū & regni eius
non erit finis, cuius externū legis regnum so-
lum umbra fuit. Proinde quod in figura eter-
num nō fuit, in tempore plenitudinis, umbra
euanescente & ueritate succedente, id in luce
& in ueritate in regno Christi perpetuo ma-
net, sicut id quoq̃ in reliquis figurilibus cæ-
monijs usu uenit, quæ omnes stables, firmæ
et in concussæ in sempiternum durant, si cor-
pus umbræ, lucem tenebris, figuræ rem & ue-
ritatem succedentem animaduertas.

Ad propositū, sic de fœdere circūcisionis
hic dicitur, quod nō fuerit fœdus fauoris dei
cum omnib. infantibus ictum, ut fœdus illud
sanctum ac perpetuū cum Israele secundū ele-
ctionē pactum fœdus existit, cuius solum pa-
ctum

stum externe circumcisionis figura erat. Non enim ea quæ in manifesto est circūcisio, circūcisio est, sed circumcisio cordis circūcisio est, quæ spiritu constat non litera, cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo. Rom. 2.

Carnis igitur circumcisio foedus est, ut terra promissionis hereditas, quæ circūcisionis pactum obsignat, appellatur. Vocat scriptura terram Canaan possessionem feminis Abraham, non quod ea re ipsa sit uera possessio populi dei, cuius Dominus solum est pars & possessio, iuxta hoc: Dominus pars hereditatis meæ. Item: Et pars mea Deus in æternū. Hinc etiam Leuitis in figuram ueri sacerdotij Christi Iesu celestis illius Aaron & æterni, nulla pars in promissionis terra in hereditatem cessat, quibus nimirum à Domino solum pendendum erat, qui est unica hereditas electorum: Verum eo quod illa præfiguratur promissum regnum gratiæ & gloriæ Israel secundum electionem propriam, sic appellatur. Gen. 17.
Hereditas terræ.
Psal. 10.
Psal. 73.
Leuit. 2.

Hic igitur exacte omnia quadrabunt, si umbras ac typos cum ueritate contuleris.

Reperis tu Israel secundum carnem in Abraham, præ omnibus gentibus ex liberali & gratuita bonitate Domini in peculium electum, reperis etiã si uelum deponas, Israel secundum electionis spiritum, electos uidelicet in fide promissionis ueri feminis Abraham, quod XIII.
Collatio
externi Israel
cū interno.

H 3 est Christus

est Christus Iesus ad Gal. 3. præ omnib. secundum solam electionis gratiam dilectos, & in populum sanctum ac peculiarem ante mundum conditum, segregatos.

Vides externi Israel in Aegyptum fornacem illam paupertatis ferream, & præmetem luto et latere, expositionem. Vides etiam si altius cogitas, in Israel interno, Aegyptum suam, peccati scilicet mortis et inferni ac quotidianæ tribulationis. Vides quoque in eo ad tempus à Domino reiecto, execrato, et maledicto suos Madianitas et Amalekitas, suos Assyrios, suos Antiochos, suos item Romanos, incensores sanctuarii & terre vastatores, Antichristum nimirum spiritualem illum Pharaonem, spiritualem Senacherib, spiritualem item Nabuchodonosor, & Antichristum logo iam tempore, electos dei, qui uerum semen Abraham sunt, horrenda grauissimaque doctrinarum errorum ac perditionis seruitute, discutiatur.

Dominus item alterum Israel sicco pede per mare rubrum, demersis hostibus, Pharaone scilicet. & exercitu eius, traducit, idem etiam Israel spiritualem forti & potentissimo brachio per mare huius sæculi plenum undis & tentationum fluctibus transfert, in cuius medio pro libidine sua draco, hoc est, princeps huius mundi, ludere solet.

Habet alter Israel pasah suum, habet azyma sua, habet alter quoque pasah suum cuius sanguine aspersus

*Electos ad
tempus ex
cæcari &
maledici
cū Israel.*

Exod. 14.

ne aspersus à prætereunte angelo & percussente Aegyptios, tutus est, uidelicet Christum Iesum uerum illud Pasah pro nobis immolatum, cuius legis agnus solū figuram præcudit, habet item azyma synceritatis & ueritatis spiritus, de quibus Apostolus: Itaq; festū celeberrimus non in fermento ueteri, nec in fermento malitiæ & uersutiæ, sed in panibus fermento carentibus, hoc est, synceritate & ueritate.

Exod. 12.

1. Cor. 5.

Externus Israel per serpentis aspectū in deserto, à serpentum uenenatis moribus uindictatur. Internus Israel quoq; per fidei aspectū in serpentem exaltatum Christū Iesum uidelicet, à ueneno serpente ictu sanatur, qui est Satan serpens ille antiquus, electorū animos per fraudē & imposturas suas fascinas, et in errores per prætextū scientiæ boni et mali, blandepelliciens.

Iohan. 3.

Pascitur carnalis Israel Manna de cælo. Pascitur spiritualis Israel quoq; Manna cælesti, sed non peritura, uerbo inquam Dei quod est panis, qui nō perit, et uitā eternā operatur, Io. 6. Deut. 8. Item nō minus miraculose in singulos dies ille, cum bonitatē cælestis patris consideras, sustentatur, quā Israel prior in deserto sustentabatur. Alter aqua ex perra fluente sedat sitim. Alter quoq; aqua uitæ, ex uera petra & spirituali Christo I E S U scaturiente, sitim temperat ac restingnit, de qua Propheta,

Mat. 4.

M. CELLARIUS

Iesâ. 44.
E. 12.

Quia effundam aquam super sitientē & flumina super aridā, quæ sancti hauriunt cū gaudio de fontibus salutis, qua aqua etiam solū reficiebantur in deserto, qui in Israele secundum carnem, Israelitæ etiam secundū electiōnem erant, maledictis, cum aqua petrae uiuentis, nullam partem habentibus.

Ephe. 6.

Alter carnalis, carnales Amorreos, Amalecitas, Cananeos, Madianitas &c. carnis gladio vincit, Alter celestis et spiritualis, hostes spirituales tenebrarū, gladio uerbi & scuto fidei superat, de quo Apostolus: State lūbis circumcinctis balthēo per ueritatē, & induiti thoracē iustitię, et calceati pedibus, ut parati sitis ad Euāgeliū pacis, super omnia assūpto scuto fidei.

2. Cor. 6.

Alteri Israeli præcipitur ut cum gentib. nullam nec societate nec affinitatem iungat, nec aliquod cum eis consuetudinis uitæ uel religionis fœdus ineat. Alteri quoq; præcipitur, ne cū impijs huius sæculi iugū ducat, aut comertium aliquod uitæ habeat, nihil enim conuenire luci cū tenebris, Christo cū Belial, populo sancto legibus & oraculis Dei in clyro cum prophano & Satanæ errorū doctrinis fædo.

2. Cor. 3.

Excipit Israel carnalis legē à Mose tabulis lapideis insculptam. Excipit Israel spiritualis quoq; primū legē in tabulis cordis sui saxeis scriptam, priusquam lex gratiæ per Christum in tabulis carnis scribatur.

Habet alter ac alit intra se magnas diffēsio-

nes, discordias, & diuersæ religionis disparēs ritus ac leges, ut in Ephraim et domo Iuda patet. In altero quoque idem uiderelicet, in quo non omnes electi primum statim consentiunt, & ad tempus inter se luctari non unanimes in religione possunt. Veluti hodie in electissimis filiis regni constat, qui quamuis inter se eiusdem carnis, eiusdem sanguinis sint cum Iesu Christo, & eadem ossa cū eo iuxta electionis spiritū habeant, tamen sic per filij perditionis imposturas dementantur, ut eius erroribus impliciti, sic falsis doctrinis adhæreant, ut fratres suos qui cum domo Iuda uerum Dei cultum in ueritate sequuntur, capitali odio Ephraim exemplo persequantur.

12.

Alter igitur externus uidelicet, ut ad tēpus inobediens est uoci Dei, & Gentium dijs sacrificat, sic etiam alter Israel, scilicet internus dum sibi permittitur, duræ ceruicis est, & auribus ad uocem Dei surdis, idololatrię item & iustitię operū deditus, & charitatis lege posthabita, totus in sui amore, & fratrum contemptu, totus in superbia, luxu & studio faciendæ rei, & dum arguitur impatiens & in erroribus peruicax cum carnali Israele: item dum res foeliciter succedit bibit, ludit & lasciuit & in carnali securitate ad omne officium fidei & charitatis languet, dum uero res durius cadit, plenus diffidentia erga Dominum

oleum in Aegyptum cum Ephraim uentos
 pascens, mittit, & foedus cū Affur sancit, hoc
 est, dimisso Domino, ad cōsiliū & uirtutis suę
 uanę præsidia deflectit, cum Baalim & idolis
 sacrum facit, & hoc in corde cum carnali
 Ephraim dicit: Veruntamen diues effectus
 sum, inueni idolum mihi: Omnes labores
 mei non inuenient mihi iniquitatem, quam
 peccauit.

Habet alter post sex dierum opera suum
 sabbatum, sua sacrificia, suum sacerdotium
 & regnum, suos iudices & prophetas. Habet
 alter quoq; eadem omnia, sed secundum ue
 ritatem spiritus.

Habet alter Iosua suum, habet hæredita
 tem suam, terram scilicet manantē lacte oleo
 & melle. Habet alter quoq; Iosua suum Chri
 stum Iesum uerum illum saluatorem populi
 sui, & hæreditatem suam, regnum scilicet co
 gnitionis gratiæ & gloriæ Dei, melle & oleo
 stillans.

Habet umbratilis Israel suum externū fœ
 deris promissionis Dei arrabonem, de hære
 ditate sua externa quę est terra Canaan, circ
 cuncisionem uidelicet. Habet alter quoq; qui
 uere Israel est, arram suam, non in carne, sed
 in corde per spiritū depositam, quę est spiri
 tus sanctus cęlestem Israelem, de super de celo
 non ex terra oriundum, de regno gloriæ &
 gratiæ

gratiæ in certissimam spem redemptionis certificans.

In altero Israele locū non habet, sed perit, cuius carnis preputiū non amputatur. In altero quoq; nemo fertur, cuius cordis preputiū per spiritum Christi Iesu, qui lapis ille est Ziphore & cultelli lapidei Iosua, nō præciditur, iuxta hoc: Si quis spiritū Christi non habet, hic non est eius.

Hoc est illud uerū circumcisionis pactum, quod externū circumcisionis pactū sub figura reddebat, & hac causa eternū dictū est, quod per umbrā ueritatē fœderis representet, qđ Dominus eternū et nunq; intermoriturū cū uere circūciso semine Abrahā, hoc est, cū semine quod secundū electionē semen est, sanctū, quod Moses sic interpretatur. Circūcidet Dominus Deus cor tuū, et cor seminis tui, ut diligas Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, et in tota anima tua, ut possis uiuere, ecce sub monet iam post circūcisionē carnis, cuius in Genesi meminerat, Circūcisionis cordis nō manu sed spiritu facte, per quā ut priore cum Israele et semine eius fœdus sit initurus, nimirū nouū de quo Ieremias, Iesaias et Ezechiel.

Rom. 3.
Verū cir-
cuncisio-
nis pactū.

Deut. 30.

Iere. 31.

Iesa. 59.

Ezec. 36.

XV.

Ex aperra igitur illa collatione Israelis externi et interni, nō obscurū erit deprehendere cōsiliū electiōis seminis Abrahā secundū carnē, et rationē omniū operū dei quę in illo gesta sūt ab Abra

ab Abraham usque ad Christi et Apostolorum
secula, & que etiam hodie in eo geruntur, &
Dominus post hac in eo gesturus est.

Ratio cir-
cuncisio =
nis infan-
tium, &
qui infan-
tes cele-
bres sint
in scri-
ptura.
Quantum autem ad prædestinationis ac
reprobationis argumentum attinet, cur cum in-
fantibus potius quam cum grandibus natu semi-
nis Abraham, Dominus fœdus circumcisionis
externum iecerit, & quid isto representari vo-
luerit, non difficile est ex ijs que dicta sunt, ex
scriptura rationem reddere.

Quæ infantes quidem mire prædicat, ues-
rum quos infantes: num carnis carnaliter cir-
cuncisos, aut externo lauacro baptifatos: ab-
sit, nã tales ex natiuitate primi ac ueteris Adã
terreni, proles sunt peccati et mortis, & multi
ex eis in utero reiecti sunt, quib. nulla symbo-
la prodesse possunt ad fauorẽ Dei concilian-
dum. Verum infantes spiritus ex secundo Adã
celesti per renouationis uirtutem in nouam
creaturam regenitos, in qua nec circumcisio,
nec preputiũ, nec baptismus, nec ætas, nec ali-
qua natio, nec ullius creaturæ persona locum
habet, quorum corda blandissime ac suauissi-
me, spiritu regenerationis hortatore, ingemi-
scere possunt. Abba pater, cui resignati, omnia
de ipsius manu, ut secundum carnem infantes
à carnalibus parentibus expectare & accipere
sciunt, suæ rationi & prudentiæ mortui, & so-
lius sapientiæ spiritus ductum sequentes, tales in-
fantes

fantes scriptura cōmendat, iuxta hoc. Ex ore
 infantium & lactentiū fundasti uirtutem pro
 pter inimicos tuos & ultorem. Ex quorū in- *Psal. 8.*
 fantium ores ex eorum sane ore, quorū Chri-
 stus meminit cū refert. Gratias tibi agopa- *Mat. 11.*
 ter Domine cęli & terrę, quod absconderis
 hæc à sapiētibus, & reuelaris ea paruulis, qua
 les Adam, Enoch, Noah, Abraham, Iacob,
 Mose, Dauid, Prophetę, Apostoli, infantes
 fuerunt, & omnes demum, qui Dominum
 per abnegationem uirtutis suę, prudentię
 suę, sapiētię & intelligentię suę, consilio,
 corde & anima Deum patrem sequuti sunt,
 qui sane non secundum carnem, quę in re-
 gno Dei locum nō habet, quod reuelationis
 fidei regnum est, non ignoratię & cęcitatıs,
 sed secundū spiritū cęlestis renascētię paruuli
 erant, ex Dei patris immortalis semine regene-
 rati, quales qui sunt, eū corde, gemitu & uoce
 testatur, eum uita, beneficentia, bonitate &
 mansuetudine exprimunt, nimirum naturę
 & substantię ipsius, ut supra dictum, partici- *2. Pet. 1.*
 pes, iuxta hoc Petri. Ut per hæc efficeremini
 consortes diuinę naturę, qui non sunt sensu
 pueri, ut secundum carnem paruuli, sed ma- *1. Cor. 14.*
 litia infantes, qui non sunt ignari boni & ma-
 li, ut nostri baptisati, et olim Hebręorū circū *Mat. 10.*
 cisi infantes, sed prudentes ut serpētes, & sim-
 plices sicut columbę, non inexpertes gratię et
 iustitię

iustitiæ Dei, sed experti hoc cum Propheta, ut dicant: Faciens iustitias & iudicia, Dominus plenus gratia, Dominus letus ira, et magnus misericordia.

Mat. 18.
Quales
Pueros
Christus
demon=
strauerit.

Tales paruulos Christus demonstrat per circumcisos legis pueros, cum ait, finite pueros ad me uenire, ne prohibete illos, talium enim est regnũ Dei, dicit talium, ut per legis & carnis pueros ad se accersitos, pueros gratiæ & spiritus insinuet, quorum sit regnum Dei, id quod statim ipse subindicat, cũ infert: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum. Item in Luca: Amen dico uobis, quicumq; non acceperit regnum Dei, ueluti puer, nõ intrabit in illud: Ecce similitudinem. Item & qui susceperit unum puellum talem in nomine meo, me recipit, attende dicit: Si quis talem puellum, uerum quis est talis puer? Num qui etate & secũdum carnem puer est: nequaquã, sequitur enim. Qui autõ offenderit unum de pusillis istis, qui in me credunt &c. Vide ut alludat hic toto sermone de pueris, ad pusillos in se credentes, non ad pusillos in carne, ignaros sui & Dei. Item in Marco post hæc uerba. Quisquis unum ex talibus pueris receperit meo nomine, me recipit, sic subiungitur. Quisquis enim ad bibendum dederit uobis calicem aquæ nomine meo,

meo, quod sitis Christi: Amen dico uobis, nequaquam perditurus est mercedem suam. Attende ut Christus deflectat sermonem suum de pueris, ad discipulos suos in eum credentes, qui uere pueri erant, iuxta adoptionis spiritum, cæterum non pueri iuxta ætatem carnis.

Neque hic omnimoda similitudo requiritur, alioqui ubi maneret locus regenerationi & uerustatis mortificationi: ut sit in allusionibus, quæ adaptantur iuxta similitudinem conuenientem argumento proposito, *Similitudo.* pro ut eas fidei norma exponit, & scripturæ ueritas tolerat. Alioqui ne furi se potuisset comparare **D O M I N V S**, & serpentifilios regni.

Dices, cur igitur Christus accersit ad se *Cur Christus pueros legis ad se uocauerit.* pueros in lege, & indignatus fuit discipulis, cum increparent adducentes eos. Item cur imposuit super eos in ulnas acceptos manus, & benedixit eos: fatemur clementissime uocatos, acceptos & benedictos pueros, uerum id non hac causa, ut uellet ostendere in uniuersum infantium secundum carnem, cælorum regnum esse promiscue. Nam si dicatur pueros istos, quos ad se uocare iussit, fuisse ex semine Abraham secundum promissionem, non uideo quid posthac respondeat

spondeatur, sed hoc à CHRISTO factum est, ut ostenderet nec ad ætatis nec ad cuiusq; alterius personam gratiã suam cogi, & legem explicaret, declaraturus uidelicet, qui ueri regni cęlestis essent pueri, quoq; ingenio & natura deberent esse p̄diti, qui filij Dei non ex sanguine & carne, sed ex spiritu renascerentur, quos circumcisi infantes seminis Abrahã τὸ πικρὸν referebant, ut in cęteris quoq; eum fecisse scimus.

Domus
Salomonis.

Legimus nos Matthæi 21. Ut ipse templum Dei intrarit, & eiecerit omnes ementes & uendentes in templo, mensasq; numulariorum, & cathedras uendentiũ columbas euerterit, & deinde dixerit: Scriptum est, domus mea domus orationis uocabitur. Vos autẽ fecistis illam speluncã latronum, ecce uocat domum terrenã domum suã, & tamen constat ex scriptura templũ Salomonis solum figurã fuisse ueri tēpli Dei, quod nos sumus. 1. Cor. 3. 2. Corinth. 3. Dominus enim cęli & terrę nō habitat in templis manufactis, sed uiuentibus nō manufactis, in quibus qui spiritus est, in spiritu & ueritate adoretur, iuxta hoc: Ego habitabo in eis, & ambulabo in eis, & ero Deus eorum.

Acto. 17.

Templum igitur externũ, quod nihil minus erat quã Domus ipsius, non alia ratione domum suam uocat, quã qua Israel secundũ carnem

carnem populus suus uocatur, & circumci-
sionem fœdus, sabbatū legis sanctum sabbatū,
& sacerdotiū Aaron sacerdotiū suum,
& regnum legis, æternum regnum appellat.
Quibus satis est sic uocari, quod per figuram
cū ihs, quę exprimunt, quandam representa-
tionis iuxta umbrarū rationē, cognationē
ac affinitatem habent, quamuis re ipsa ut su-
pra dictum, id non sint, quod representat. Sic
in proposito, domus Salomonis à Domino
domus sua & orationis domus uocatur, ad
ostendendum per allusionē figure, qua sancti-
tate templū Dei pacis spiritu sanctificandū,
ornatum deberet esse.

Præterea cū Christo leprosi occurrerent, et
uocem suam tollerent, & dicerent IESU, præ-
ceptor misereri nostri, dicebat ipse ad eos: Itē
ostendite uos sacerdotibus, ecce mittite eos ad
sacerdotes legis, inspiciendę lepræ artem gnā-
ros. Cur hoc: non equidem hoc nomine, ut
externum sacerdotiū legis, quod non dū exo-
lesceret, stabiliret, cuius occasione Antichristi
sacerdotiū una cum confessione ista ad aures
facta, uires traxit, sed ut sui sacerdotij naturā
ac dignitatē, legem explicans, præmonstraret,
in quo ad sacerdotes unctione spiritus, quę sa-
cro sancta illa et uera unctio est, per unctos, pec-
cati prurientis lepra affecti, testimoniū mun-
dificationis per Euāgelium salutis accepturi,

Leprosi.

Lucæ 17.

mittuntur, per quod sacerdotes nō legis, sed spiritus, qui integritatem & lucem in pectore circumferunt, lepram non carnis, sed cordis iudicant, et leprosum si fidem, serpentis lepre saniem sistentem, conspexerint, morbo eximunt & periculo liberant. Porro Euangelij spiritus liberationem & emundationē complectitur Iohan. 20. sic de reliquis.

Eadem ratione egit Dominus cum infantibus legis, cum eos ad se uocaret, & eis benediceret, & super eos manus poneret, diceretq; sinite paruulos ad me uenire, talium est regnum Dei, per quos uidelicet ostenderet, qui regni sui ueri paruuli, in lege per circumcisos infantes adumbrati, existerent. Sed hunc esse proprium & germanum scripturæ sensum, & hac inclinare ueritatem, fidei analogia extractatione eorum, quæ de reprobis & electis diximus, per collationem figuræ & ueritatis, quæ in scriptura diligenter animaduertenda est, approbabit. Prophetiam proponimus, iudicium sit penes sedentes, quos spiritus extinguere non decet, & probare omnia, & quod bonum est, tenere conuenit, nemo hic urgetur, nemini uis fit, quisq; iuxta captum & fidei suæ modum, quem a Domino habet, permittitur ambulare, contentio ni hic quam Ecclesia pacis ignorat, nullus per
nos

hōs locus aperitur, pertinaciam enim & dis-
 scordiam odit Dominus, qui lenitatis Deus
 est & concordiae, quæ ut in Ecclesia constas-
 set firma, spiritus subiecit prophetis, multo
 magis contemptum & odium ueritatis, quã
 qui præfracti non audiunt & obstinate da-
 mnant, ex Deo non sunt, & in peccato ma-
 nent. Rogo etiam omnes electos Dei, qui
 hæc legent, impios non moramur, quibus
 omnia in perditionem cedunt, patrē miseri-
 cordiæ orent, quo præstet, ut iudicare de toto
 hoc argumēto possint, ut nō iudicant, qui Dei
 gloriam & Ecclesiæ utilitatem, uelut unicum
 scopum, ad quem omnes cogitationes, stu-
 dia & consilia sua dirigant, propositam ha-
 bent, quo facilius sententiam iam olim tam
 penitus insitam, & tam alte sedentem ani-
 mo, deserant, aut si minus adduci possunt, ut
 remissa non nihil solita uehementia, cordi
 imperent, & se frangentes, ueterem sensum
 tam longa consuetudine confirmatum, de-
 ponant, ac uoluntaria quadam obliuione
 conterant, moderatius tamen hæc nostra fe-
 rant, donec cum tempore ueritas etiam in
 hac parte triumphet, gloriaq; uerbi Dei lon-
 ge latēque regnet, quam ut spectemus in
 hoc toto scripto nostro, filiorum regni sit iu-
 dicium, quos D E I spiritus ducit, non caro,

quos ueritatis studiū tenet, nō erroris, quosq̄
 charitas, nō inuidia, incendit, quæ proculdu
 bio hæc omnia non alioſum accipienda de
 cebit, quam à nobis ſimpliciter & aperte pro
 ponuntur, à qua autem parte ueritas inuifa
 ſtet, Domini dies omnia reuelans, manifesta
 bit, quem ut debemus, ad temerarium iudi
 cium præſcindendum, expectamus. Sunt ta
 men in hoc ſæculo, quos gratia Dei eo lucis
 prouexit, ut ex inſallibili reprobationis & ad
 uitam deſtinationis, iudicio, ex discriminis
 item maledictorum & electorum cognitio
 ne, pro prædeſtinationis fidei meſura quam
 acceperunt, intelligant, & libere fateantur, ſa
 lutem uitæ æternæ ad nullam ætatem, ad nul
 la elementa mundi, ad nulla ſymbola adigi.
 Proinde locum Math. de paruulis, nō in uni
 uerſum referendum eſſe ad omnes paruulos
 ſecundum carnem, quorum ſit regnum Dei,
 & quos ille ſpiritu gratiæ donet, cum perſpi
 cium ſit, multos eſſe reprobos in utero, qui
 poſtea nullomodo in fauorem Dei ueniant,
 tamen quia charitas ſemper meliora ſperet,
 & de domeſticis præſertim, quo maior pue
 rorum inſtituendorū cura habeatur, nō eſſe
 neq̄ contra gloriam Dei, neq̄ charitatē, præ
 fertim cum infantū baptiſatio nō ſit palam
 prohibita, & edificandi propenſio ad benefa
 ciendū omnibus ſit expoſita, ſi ad tēpus do
 nec Doſ

nec Dominus per misericordiam suam maiorem lucē orbi reddat, & regnū Christi per aduersarij destructionem, amplius faciat, infantes externę cōmunioni regni cęlorū tantū accensiti, iuxta morē quo iam longo tēpore, plus nimio elementis mundi cum magna iniuria preciosi sanguinis Domini IESV tributum est, baptisentur, quorū ego zelum & pacis studium nō damno, maxime cum sciam per eos aliquo tempore, iam cum magno fructu Euangelium uitę promotum, & in Ecclesia electorum Christū glorificatum. De quibus bona spes est, eos nec ad ea, quę restant ad ēdificationē Ecclesię, & propagationem glorię uerbi restaurāda, in hac parte pro accepto lumine Dei defuturos. Ceterum solet etiā citra ullum electionis & reprobationis Dei iudicium, aliunde quam ex pacto circumcisionis & ex Christi de infantium salute sermone iā adducto, & à nobis, quoad potuit fieri breuiter, explicato, puerorum salus probari, uidelicet ex Apostolo ad Corinthios priore: Vbi filios Christianorū sanctos uocat, sic scribens: Sanctificatus est enim maritus incredulus per uxore, & sanctificata est uxor incredula per maritum, alioqui filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

1. Cor. 7.

Qui hunc locum de puerorū sanctitate ex Apostolo citāt, quantū ad rem faciat, ipse for-

san non ignorant. Ut autem res ipsa planius tractetur, donemus primum piorum liberos sanctos esse, at quid hinc probabitur: num propterea omnes eorum, qui de Christi nomine gloriantur, infantes sancti erunt: quod egre admiseris, alioqui eos omnes promissionis & electionis filios feceris, quod si ita esset, bene ageretur iam in Antichristi regno cum impijs Euangelij persecutoribus, quandoquidem illi infantes & Christianorum ut uocantur, liberi & hoc nomine sancti fuerunt, quod electio Dei sit firma, & eos solum sanctificet in sanguine Christi I E S V, quos pater Christo dedit, ut in ipso saluentur & sanctificetur.

Sin uero eos, qui uere Christianorum filij sunt, & eosdem omnes sanctos esse solum putemus, deterioris longe conditionis Adā, Noah, Isaac, David & reliquos nostris parentibus fuisse confirmabimus, qui quamuis sancti fuerunt, & eundem nobiscum Christum uenerati sunt, tamen nihilominus filios genuerunt, quibus Dominus adeo non fauebat, ob parentum sanctimoniam, multominus ob symbolorum initiationem, ut eos in utero abijceret, & odio in matris uulua prosequeretur.

Sin uero aperte confiteris, solum Christianorum liberos in uitam ordinatos, sanctos esse, nihil noui & alienum a scriptura confiteris,

teris, sed quod res est, affirmas, & saluationem in manu D E I iuxta decretum uoluntatis suæ, solum saluantis, collocas, & sanctitatem gratiæ neque ad aratem, neque ad parentes, neque ad ulla mundi elementa adnectis.

Quod si etiam Apostolus accuratius expendatur, ubi de liberorum sanctitate uerba facit, facile erit deprehendere, de qua sanctitate puerorum potissimum loquatur, uimirum de ea, quæ uisum matrimonij non impedit, sicut uirum infidelem, per uxorem fidelem sanctificatum, & uxorem infidelem per uirum fidelem sanctificatam testatur, quod omnia munda sint mundis, sicut uicissim omnia immunda immundis, matrimonium enim non minus firmum & solidum manet ex creationis masculi & foeminae lege, si alteruter uir aut mulier infidelis sit, incredulitas enim non mutat naturæ conditionem, aut sexum, ut uir quamlibet incredulus minus uir maneat, & foemina quantumuis incredula, foeminae usum & sexum perdat, uerbū enim hoc dum in animali uita sumus: Crescite & multiplicamini: Item hoc: Non est bonum homini esse solum, infidelitas non antiquat, sed stabile ex indita creationis ui & lege persistit, per quam uxor

Titum 1.
Infidelitas
matrimonij
usum
nō tollit.

caro & corpus capitis uiri est, uir uero oculus
 facies et latus et caput uxoris est. Sunt tamen ex pijs
 is qui nobiscum in hac parte libenter sentiunt,
 tamen addere sustinent, Apostolum ubi de pue-
 rorum Christianorum sanctitate uerba habet,
 etiam eam retulisse illum ad externam commu-
 nionem, doctrinae uidelicet et monitionis, quae
 cum haec à uulua reiectis quoque communica-
 ri possit, ut adoluerint & doctrinae Euange-
 lij capaces euaserint, cum quibus ex charitatis
 consilio, non luctor, quae nimirum solícite mo-
 net, nos omnes omnibus expositos esse debe-
 re, maxime in eos, quos Dominus nobis do-
 mi alendos ac fouendos tradidit, de quibus
 ut maxime constaret reprobationis iudicium,
 Euangelij tamen doctrina illis non esset ex-
 landa, si nulla alia ratione, tamen hac potissi-
 mum, quod Dominus, qua ualeat iudicij aequi-
 tate, uerbum suum omnibus innotescere cu-
 piat, et ab illius externo consortio neminem ex-
 cludat, multo minus eos, qui nobiscum do-
 mi communi uita, communi educatione &
 uictu uiuunt.

*De infan-
 tium fide.*

Præterea ut ad rem redeamus, si regnum celorum
 sine exceptione uulgariter omnium infantium,
 quae admodum hactenus putatum est, existeret,
 & sic per baptismatis initiationem, et Eccle-
 siae orationem, filij Dei fierent, oporteret eos
 renasci

renasci ex spiritu sancto Iohan. 3. per quē Christi uim & naturam cognoscerent, tales uero si sunt infantes, siue ex Israele circumcisi, siue ex nostris baptisati, ut sciant uidelicet ex reuelatione fidei, naturam peccati et legis, quæ pedagogus est ad Christum, ut sciant ingenium & uim Christi, & sic experti sint principis huius sæculi imposturas & fallacias, fidei enim uirtus, non iacet iners, non languet, nō friget, sed negociofa est, fertur ac calet, & omnes uenas cordis calore, lucis sue, penetrat, cur igitur cum adoleuerint infantes, et ad mentis functiones peruenerint, nullam nec de natura peccati nec de uilegis, ne de Christi regno rationem reddere possunt: & de ijs differere, quæ olim infantes senserunt: forsam cum ætatis & corporis auctu, ut quidam ex philosophis de animi reminiscencia loquitur, Dei cognitionis obliuiscuntur. Nicodemus magister in Israel dicebatur, & erat uerus & secundū promissionē Israel, cui si Christus perspectus fuit per fidei spiritum, cum octauo die circumcidebatur, mirum est illū in tantā cogniti Christi obliuionem uenisse, ut prouectæ ætatis nō solum nihil de regeneratione ex aqua & spiritu memoria retineret, uerum etiā eius mentione tantopere offenderetur.

Plato.

Nicodemus.

Apostolus Israel secundum carnem de tribu Benjamin & secundum electionem Israel

I s erat,

Apostolus

erat, & circumcīsus proculdubio cum octo di-
 erum infans esset, fuit, adeo excidit corde eius
 pristinę fidei cognitio, quā illum cum infans
 esset, habuisse plerique putant, ut Euangeli-
 um Christi & professores eius persequere-
 tur, & sic de reliquis.

Ioh. 4. 74

Aut si infantes lumine fidei nō illuminan-
 tur, & eorum internam cordis aurem patri-
 cęlestis spiritus non percellit, & nihilominus
 sancti sunt, oportet fortassis aliam esse sancti-
 tatem, aliud esse regnum Dei, quā sanctita-
 tem & regnum fidei, aliam item esse uitam
 eternam, quam ea, de qua scriptura loquitur.
 Hęc est autem uita æterna, ut cognoscant te
 solum Deum uerum, & quem misisti, Iesum
 Christum, quod fieri non potest, Vna enim
 est uita, unus pater, & unus Christus, & unus
 spiritus omnium electorum ad Ephe. 4.

Quod si dicas infantes Hebræorum circū-
 cīsos, & item nostros pueros baptifatos, san-
 ctos esse & acceptos Deo, ut Iacob in utero
 sanctus erat, quamuis nondum experiens do-
 ctrinę & sensus Christi esset, ut Ieremias, ut
 Iohannes & Apostoli sancti & segregati per
 gratiam Dei à uulua erant: Item sancti sunt,
 ut reliqui omnes electi, quos Dominus sem-
 per propter electionis gratiam, charos habet,
 quamuis non semper fauorem eius per reue-
 lationem redemptionis, sentiant, reuelandū
 tamen

tamen cum tempore, cum id domino uisum fuerit, qui tēpus nouit, quando perennē uitæ fontē aperiat, & ex occultis lucis uitæ æternæ igniculis, silicose cordi nostro insitis, radiatē ignem excutiat, terramque irriget, ut cælitus immissum semen lucis, se fundat in herbam, culmum, spicam & segetem firmæ agnitionis misericordiæ cælestis patris. Sic de infantibus, qui similiter in gratia sunt Dei, quamuis eam nondū agnoscant, modo tales sint, quos suo tempore ille gratiæ lumine illustret, & patris affectum erga eos ostendat, & olim ex cōpressu spiritus sancti eorum pectora grauida facta, partū ædant dignum confessione Christi & regni cælorum.

Hæc sunt fortassis, quæ adduci pro infantium salute possunt, cui nec à nobis, sed electorum tantum, quicquam derogatur. Verū si ex fidei regula rationes expendantur, comperiemus rem ut antea, in solam destinationem Dei incidere, neque omnes infantes saluos esse, sed eos solum, quos Deus in uitam ex bonitate sua destinarit. Porro si infantes sancti sunt, ut Jacob in utero, & ut ceteri electi sancti sunt, infantes eos solum saluos fatebitur, quos pater libro suo uitæ inscripsit.

Aut si benedictos omnes ac electos uolumus, locum hædis & maledictis negabimus, quod electio rata sit, et irreuocabilis et omnes maledicti etiam olim infantes fuerint.

Aut si benedictos omnes dū infantes sunt, & quod per rationis usum proprium facinus nō dum designant, arbitraris, electionē astrinxeris ad aetatem, & fidem aut eius semen, postea per peccatum, quod comiserint grandes, aboleri posse affirmaueris.

Aut si maledictos quosdā esse in utero cū Esau, postea uero acceptis symbolis uenire in gratiam Dei fatemur, omnino ad creaturam fauorem domini restrinverimus, et profitebimur eos, quibus ille infensus est, priusquā uel bonum uel malum faciunt, signorū receptione & Ecclesiae oratione sanctos fieri, quod utrumque cum iniuria gloriae nominis Dei & sanguinis Domini Iesu iactura fieret. Designis perspicuum est, de oratione Ecclesiae nō minus, quae aut Christi Ecclesia non fuerit, aut eius exemplo, cū quo summa spiritus consensione, ut debet, cōsentit, pro his solum pro quibus pater orari uult, scilicet pro saluandis, orauerit, Christum autē ad hunc modum orasse scimus. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro ijs, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Pater serua eos per nomen tuū, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Item: Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sunt mecum &c. Nihil est igitur quod de fide aliena hic obtruditur, quae in sanctis se ac comodat ad dei uoluntatē, & in eos grauita propensio

Ioh. 11. 17.

Fides aliena.

ppessione se exponit, quos pater saluos cupit,
 ut cogites: Ecce pater, meum & liberorum sa-
 lutem & omnium, pono in manu tua, facias
 nobiscum iuxta beneplacitum uoluntatis tuæ,
 quando non est neq; currentis, neq; uolentis,
 sed miserentis ac predestinatis tui, externa ob-
 latio pueri mei infantis per baptismum nihil
 est, quæ nec in gloriâ nominis tui uergit, nec
 infanti salutaris est, ut qui nõdũ per etatẽ, uer-
 bi quod solũ ædificat, capax sit, ut supra dictũ.
 Externa item symbola nihil sunt, currentis aut
 uolens ego nihil sum, liberalis electio tua ad
 uitam in Christo Iesu ad nullam creaturam,
 se alligans, solum aliquid est, & salutis pondus
 habet, in qua si sunt liberi mei, eis cum tibi ui-
 sum fuerit, gratiæ uultum præbeas, in quo sic
 mam de tua bonitate spem concipiant, & cer-
 ti fauoris tui fiant, & tuam gloriam magnifi-
 cent. Ego interim, ut debeo, nihil eorũ cessa-
 tor prætermittam, quæ ad institutionẽ prolis
 meæ, etiam alterius si res postulet, pertinent,
 sed simul atque adoleuerit, capaxq; uerbi fue-
 rit factus, sine quo nihil proficitur, proponã
 ei doctrinam spiritus timoris, hoc est, reueren-
 tiæ in omnibus uoluntatis tuæ doctrinam, et
 eandem non semel tantum inculcabo, uerũ
 totus in id incũbam, ut in ea coalescat, quod
 sicubi semen tuum in corde ipsius conditum
 per electionem, & ueneratione legis tuæ in-
 censum

*Sancti pa-
 rentis co-
 gitatio de
 infantium
 salute.*

censum deprehendero, pro grediar deinde et
 pro ut comperero puerum posse ferre, reliqua
 proponam, quæ ad uberiotem tui cognitio-
 nem facere posse existimem, interim orans
 ut me rigante & plantante, tu Deus pater des
 incrementum, quo nec plátatio mea sit uana,
 nec uitæ semen per tribulos & spinas hu-
 ius sæculi & semper ad malum illecebrosa sua
 cupiditate prouocantis carnis, emarcescat, ue-
 rum aliquando herbescat, & in segetem tur-
 geat, & fructus regno tuo dignos afferat, qui
 testimoniũ reddant, filium meum esse, ex ci-
 uibus municipatus cælestis, & aptum qui tibi
 offeratur, nomen tuum glorificaturus, & ini-
 tiatus iam ac imbutus rudimentis cognitio-
 nis Christi, per baptismum nomẽ det regno
 tuo augetentis fidei, in mortificationem ue-
 stustatis & renouationem nouæ creaturæ, in
 qua Christum induere & mundo morti san-
 ctissime pergat.

Hic cadit sollicita ista infantium salutis cura,
 & eorum anxia baptisatio. Hic cadit super-
 fticiosa elementorum mundi obseruatio, cõ-
 tingit item sana & solida cognitio prædesti-
 nationis, discemus rectum discrimẽ filiorum
 lucis & tenebrarum, intiorescet uera saluatio-
 nis & damnationis ratio, iudicij deinde in re-
 probis & gratiæ Dei in electis reuelatio, semi-
 nis item Dei in his, Satanae uero in illis experi-
 mentum,

mentū, cōstabit quoq; recta & certa umbrarū
& ueritatis collatio, dū symbolorū diuersum
ritum, usum & institutionem animaduerti-
mus, discemus postremo omnibus præeun-
te uerbo, in gloriam nominis Dei & ædifica-
tionem, uti, nullaque re quam Dominus insti-
tuit, uane abuti, & eam libertatem tutissime
sequi, de qua uerbum & exempla extent.
Non quod uelinus cum motu & turbatione
non præparata prius diligenter per doctrinā
sanam uerbi Dei, uia, statim quæq; innouari,
quæ cum sensu & exemplis scripturæ parum
consentiunt, & longo iam usu recepta, peni-
tius electorum animis inhæserunt, quam euel-
li illico sine charitatis iactura & pacis periculo
possint. Charitas enim quæ finis legis est, Dei
bonitatem in omnibus æmulari, & eius glo-
riam simpliciter & libere in ædificationem
non in destructionem quærit.

Filij perdicionis captiuitas longo tempore
in grandibus erroribus & horrenda ueritatis
ignorantia, nos captiuos detinuit, ex qua ut in
libertatem Euangelij plene asseramur, Domi-
ni brachiū forte & extensū, non nostra uirtus
erit, mitius agebatur cū ijs, qui sua sponte se
Chaldeis tradiderāt, et in Babylonē nō resistē-
tes iræ dei, descenderant, quā qui se obstinate
Nabuchodonosor opposuerant, sic & in no-
stra

stra Babylone agendum est p̄is, ut uideant,
ne quid temere ac turbulenter, ne quid precipi-
titanter, & præter uocationem, cōmittant,
sed cum summa spiritus cautione modera-
te, temperanterq̄, tanquam in conspectu dei,
ubiq̄ se gerant.

Statutum cū domo Iuda exilij tempus ha-
bemus, quod cum transierit, læti & pleni gau-
dio ac exultantes in montes & iuga & pascua
liberrima Israel, Assur scœpero sublato, & su-
perbe Babylonis nomine exciso, reducemur.

DE CVIVS, HO CEST, REGNI ANTI CHRI

*Scriptura
triphariã
de aduẽtu
Christi lo-
quitur.*

sti destructione, hæc in scriptura testatur un-
ctio, quæ triphariã de aduentu Messiah loqui-
tur. Primo, quo in carne uenit, despectus et
nouissimus uirorũ, uir dolorũ, et sciens infir-
mitatem, in quo aduentu opprobriũ & male-
dictum factus, peccati & mortis opprobrium
sustulisse describitur. Secundo, quatenus uen-
turus est reuelandus orbi, clarissima sui reue-
latione. Primo enim non statim perspicue &
omnibus modis manifeste toti mundo incla-
ruit, et hoc propter perditionis filiũ, quẽ prius
in loco sancto sedere oportuit, quã ueniret,
hoc aduentu declarationis sui, cum omni po-
tentia & uirtute, in liberationem mansuetorũ
terre, & in Antichristi regni destructionem,
qui aduentus idem plane est cum priore, &
eundem

eundem finiet, ac absoluet, quem nō momē
taneum facit scriptura, ut qui totum reuelati-
onis Euangelij spatium comprehendat, quod
Christi & Apostolorū tempore initium quis
dem habuit, sed nunc plenissime ostenso filio
peccati, unā cū eo, quod Prophetae de die no-
uissimo, & de monte Zion, ad quem omnes
gentes sint confluxuræ, de Ierusalam amplitu-
dine, de plenitudine Israelis & gentium, & id
genus reliquis indicant, implebitur.

Quam manifestationis & redemptionis
præsentiam, Propheta ostendit, cum inquit:
Et timebunt ab occidente nomen Domini,
& ab ortu solis nomen eius, quando: cum ue-
nerit, sicut flumen hostis, & uenerit ad Sion
redemptor, & ad habitatores iniquitatis in
Iacob. Ecce signum redemptionis populi dei
indicat, hoc uidelicet: Cum sicut flumē hostis
irruerit, & ad Sion redemptor uenerit, quem
sane aduentum redemptionis, quantū atti-
nerat ad totam illustrationis Euangelij impleti-
onem, ad eā horā, qua Christus in carne ade-
rat, & Apostoli suo prædicationis munere fun-
gebantur, Apostolus cum ad Romanos libe-
rationis Israel meminit, nō retulit, nimirum
qui tum reiectus fuit, & per uenturum redem-
ptorē, reconciliandus confirmatur, per hunc
uidelicet, q̄ iā immigrat, annūciationis Chri-
sti aduentum, de super effuso spiritu super se

K men Iacob

*Primus
Messias
aduētus to-
tū reuelati-
onis Euan-
gelij spatium
comprehē-
dit.*

Iesa. 99.

Rom. 9.

Mat. 21.

men Jacob & benedictione super *germina*
 eius, quem Dominus quoque Matthæi 21. *infi-*
nit post hac, donec dicatis: Benedictus qui ue-
 nit in nomine Domini. Qui longe præsen-
 tius adfuturus est, per hanc reuelationis sui
 præsentiam, quam tum aderat, cum in carne
 uidebatur, ubi paucissimis, si orbis amplitudi-

Daniel. 9.

nem spectes, cognitus fuit, & non ita longe
 post gloriosam resurrectione suam, pacto fir-
 mato, cum multis solum una hebdomada iu-
 xta Daniele, omnibus retro labentibus, pau-
 latim totus mundo subduci cepit, ita ut huc-
 usque in meris tenebris, & miserrima erroru
 caligine uersati simus, donec redeunte iam in
 orbẽ, Euangelio uitæ, gratissimam dei lucẽ,
 quæ longo tẽpore abscondita fuit, de integro
 uidere contingit. Propter cuius manifestatio-
 nem, quæ longe clarissima futura est, Lucas

Luc. 17.

hanc, quæ iam incipit, uerbi prædicationis ho-
 ram, reuelatione filij hominis uocat, in qua si-
 cut tempore Noah cum bibebant, edebat, ue-

Gene. 19.

debant, emebant, plantabãt, ædificabant, &
 quo die Lot e Sodomis exisset, dominus igni
 et sulphure pluit, ita quoque in hoc uisitacionis,
 per uerbu suu die, subita et repentina, si dei ocu-
 los et impioru incuria, consideres, perditio tan-
 que laqueus, in orbẽ ueniet, exaltato Christo ad
 dexteram

dexterā Dei, animaduersuro uindicta ire suæ
 in aduersarios, & liberaturo suos, qui etiam
 bellorum & comotionis regnorū mundi &
 afflictionis, quæ maxima exoritura sit, cū abo-
 minationem desolationis in loco sancto stan-
 tē, contingat uidere, meminit, Quā prophe-
 tæ plerumq; per mentionem historiarū, quæ
 eorū sæculis in Assyrijs, & Chaldejs, & postea
 in Grecis acciderunt, adumbrant, qui omnes
 in Grecis acciderunt, adumbrant, qui omnes
 cum de plena redemptione populi dei, uerba
 habent, angustia et uastationis terræ, quæ iam
 instat, mentionem faciunt, quā alibi diē uin-
 dictæ, alibi diem indignationis, alibi percussio-
 nem terræ, alibi tribulationis diem uocant,
 Christus ad afflictionem nominat, quam tantā
 futuram prædicit, quanta non fuerit à pri-
 mordijs mundi, & ne post hac futura sit, &
 eandem in omnes, qui sedent super faciem to-
 tius terræ, uenturam, ne tu illam in desolatio-
 nis Ierusalem sæculū, solū reijcias, confiterur

*Abomina-
 tio desola-
 tionis adū-
 brata in
 Prophe-
 ta.*

Post quam lapis ille sine manibus iuxta Da-
 nielem excisus, in quo septem oculi sunt per-
 currentes uniuersam terram, plenum in gen-
 tibus et Israele, cōuersis omnibus finib. ad se,
 regnum accipiat, quod incipiebat quidē suo
 et Apostolorū tempore, uerū postea increbre-
 scētib. filij peccati erroribus, & Euangelio in
 terra sublato, sine quo regnū Christi in orbe

Daniel. 2.

*Regnum
 Mesiah.*

K

non per

Mat. 24.
Peccati fi-
lius abomi-
natio deso-
lationis.

Daniel. 9.

Opera in
Israele car-
nali gesta
plena um-
bris.

non persistit, deuastatū, quē peccati filiū Chri-
stus ex Daniele designat, cum sermonē quē de
destructione templi fecerat, ad abominatio-
nem, quę statura erat in loco sancto, transfert,
qui, quamuis iuxta literę tenorem, ad externā
templi desolationem, proprie pertinebat, ta-
men si figurę ac umbrę uelut deponas, eun-
dem comperies secundum ueritatem, ad abo-
minationem spiritualē alludere, quę in tem-
plo Dei, id est, in electorum cordibus iuxta
Danielis & Apostoli apertam Prophetiam,
fessura erat, præsertim si sequentia, quę ipse
de Euangelio omnibus gentibus, in testimo-
nium prædicando, memorat, quod tempo-
re Apostolorum ad multas nationes, non ni-
si obscura fama peruenerat, quęque deinde
de persecutione eorū, qui suum nomen pro-
fessuri essent, de frigore charitatis, de crapula,
quęq; item de gentium pressura, & maxima
totius orbis tribulatione, & electorum salua-
tione mōnet, & nostra demum postrema sæ-
cula, considerauerimus. Quid enim Domi-
nus in externo Israel, in externo templo, in ex-
terna Ierusalem, & in terra promissionis nō
effigiat? quod arcana opera, quę in spiritus
regno geruntur, non præferat? & quantū ad
Antichristū attinet, scimus quid ipse significa-
rit in Senacherib ex Assyrijs, sine manib. per
angelū interempto. In Nabuchodonosor ex
Chaldæis

Chaldæis, ex Græcis in Antiocho magno, de quo bana pars Danielis prophetiæ constat. Ex Romanis demum, in ijs regibus, qui Ierusalem cum templo, nouissime destruxerunt, & terram sanctam uastarunt, atque Israel captiuum abduxerunt, sub quorum etiam regnum perditionis filius, quem Daniel robustum faciebus, Iesaias hostem, Zacharias pastorem stultum, Christus per allusionem abominacione desolationis, Iohannes Antichristum, Apostolus hominem scelerosum & filium perditum, uocat, emergere iuxta Danielum & Paulum debuit.

Daniel. 9.

Daniel. 8.

Zacha. 11.

Mat. 24.

1. Iohan. 2.

2. Thess. 2.

In qua re diligenter uidendum est, Mosen cum historijs Israelis, & gentium, accurate meditarum habeas, deinde rerum spiritualium expertam, doctore spiritu, scientiam teneas, cognitionem uidelicet peccati, legis & gratiæ, Christi & Antichristi, discriminis piorum & impiorum, ueritatis & errorum, ut per allusionem, res gestas, quas scriptura memorat, ad ea quæ uel in regno Christi, uel Antichristi geruntur, apte et cum spiritus decore aptare queas, iuxta fidei analogiam seruato, simplici historiae & scripturæ sensu, allegorijs explicatis, eodẽ exemplo, quo Apostolus ἀλληγορικῶς Agar & Saram tractat, Israelem secundum carnem, cum Israele secundum electionem, confert, umbræ & ceremoniarum legis me-

minit, Petrus figuram diluuij exponit, Iohannes meretricis Babylonice, Et Christus abominationis desolationis, figuræ explicandæ gratia, submonet, . Quantum igitur ad propositum attinet, quæ Israeli post Apostolos per Romanos in umbra contigerunt, Israeli secundû promissionē, in ueritate acciderunt.

Israel externus post mortem Christi Iesu, terra sua uastata, Ierusalem diruta, templo incenso, regno, sacerdotio, sacrificijs, prophetis, ad implendam scripturā, priuabatur, quæ fore prædixerat, ut ille, quod legem dei abiiceret, & Christum reiecturus esset, propter suam incredulitatem, in captiuitatem & excacationem hanc postremam luctuosam & miserissimam incideret, de qua sic Daniel: Et post

Daniel. 5.

hebdomadas sexaginta duas, occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio, cum

Luc. 21.

quo Christus consentiens, aperte uaticinabatur futurum, ut Israel captiuus abduceretur in gentes, & Ierusalem calcaretur à gentibus, donec implerētur tempora gentium. In quâ

Osc. 3.

rem Oseas quoque in hæc uerba: Longo tempore sedebunt filij Israhel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine Ephor & Theraphim. Quod si tu iam spectes, collata umbra

umbra cum ueritate, iuxta propriam tractat
 di operum Dei rationem, Israellem caelestem,
 & eum, qui secundum electionem Israel est,
 idem reperies huic accidisse secundum ue-
 ritatem. Qui sane sub eandem horam, qua
 carnalis Israel in plenam captiuitatem detru-
 debatur, Ierusalem quæ sursum est, direpta,
 templo D E I quod nos sumus, diruto, &
 gentium idolis prophnato, regno uerbi, sa-
 cedotio et hostijs contriti spiritus, prophetis,
 hoc est, synceris interpretibus scripturæ & ue-
 ræ religionis, in loco sancto Antichristo pro-
 libidine insolescente, orbari capit, adeo ut
 uterque Israel, olim quod dilectionem uerita-
 tis non recepit, efficacia illusionis, hucusque
 Euangelij luce prohibitus, manserit demen-
 tatus, ut mendatio, deserta ueritate, crederet,
 iam orare in hoc reuelationis Messiah aduen-
 tu habeat. Et nunc Domine pater noster tu,
 nos lutum, & tu figulus noster, & opus ma-
 num tuarum omnes nos, ne irascaris Domi-
 ne semper ualde, et ne in æternum recorderis
 iniquitatis, ecce respice obsecro D O M I N E,
 populus tuus omnes nos, ciuitates sanctuarij
 tui factæ sunt desertum, Sion desertum fa-
 ctum est, Ierusalem desolata, domus san-
 ctificationis nostræ, in qua laudauerunt te pa-
 tres nostri, facta est in conflagrationem ignis,
 & omnia desiderabilia nostra facta sunt in-
 solitudinē

Iesd. 54.

Oratio

utriusque

Israel pro

liberatio-

ne.

solitudinē, nunquid super illos durū te exhibebis Domine, tacebis & affliges nos semper ualde? Quo lamētationes Ieremię spectāt, et in quā deplorationē aliquot psalmi abiectio nem domus Iacob, incensionē sanctuarij, uastationē Ierusalē, conquerentes, spiritu sancto deprecatore, sunt compositi, qui quāuis iuxta extimā litterę speciē, ad externā Israel captiuitatē, & Ierusalē terrene conculcationē pertinere uideantur, tamē si mysteriū cū Apostolo animaduertas, & remoto uelamine in sanctuariū unctioe duce, intres, cōperies eos dē & in nos, qui cęlestis Ierusalē, qui spiritualis seminis Abraham proles sumus, quadrare.

*Ratio exi-
lij Israelis
et Hierusa-
lem uastat-
ionis.*

Quæ igitur cū Israel litterę, umbre & carnis ante plenitudinē temporū, presentia & rata, regnū spiritus deliniarūt, eadē post Christum & Apostolorū legationē, absentia ac desolata, regnū Antichristi uastatoris & desolatoris prefigurant. Vtriusq; igitur domus Iacob deserta facta, utriusq; uinea deuastata, utriusque Ierusalē a gentibus cōculcata est, quarū typus in scriptura ignotus nō est, quāuis si speciē ac *ὑποτύπωσις* reijcias, in Israel semper reprobi & in gentibus semper electi fuerint, uterq; demum post tantum cęcitatē & ignorantię Dei exilium, Christum Iesum cum summa gratulatione & gaudio, in hac reuelationis Euangelij hora, longe presentissime uenturum

rum, excipiet, & uno ore acclamabit: Benedictus qui uenit in nomine Domini.

Mat. 21.

Porro Israel, præterquam quod suo regno & sacerdotio externo priuatus est, etiam ijs, quæ in lege sanctissima tradita fuere, hucusq; sic caruit, ut illis hætenus nulla bona conscientia uti potuerit, quod in corde eius non minus quam in nostris, per elementa mundi, et humanas Thalmud tradições, scelerosus ille sæuiat, cæremonijs post mortem Christi in dimidio hebdomadis, abolitis & in ordinem redactis, quas hodierno die, si quæ exstant, uano studio sectatur, & eo quod Christi ignarus est, uti ijs, quæ cæremonijs representabantur, bona conscientia nullo modo potest, gerens utriusq; Ierusalem destructionem, utriusq; templi incensionem, utriusq; terræ promissionis exilium, utroque regno, utroq; sacerdotio, quod in manus abominans, secundum umbram & ueritatem, incidit, priuatus. De nostra uero uinea Domino idem conqueri licuerit, quod per prophetam de priore conqueritur, hoc scilicet: Quid faciendum erat uineæ meæ, non feci in ea: Quare expectaui ut faceret uuas, et fecit labruscas: Quæ plantata & diligenter culta Apostolorum tempore, postea uero ingrauescente errorum Antichristi incendio, in conculcationem, & nubibus rorem celestem ac imbrem

Israelis captiuitas
sub Antichristo.

Ies. 5.

niuifici sermonis Dei negantibus, in deuasta
 tionem, immiffis fuis & lupis, & macerie
 ac fepe uerbi ablata, deuenit, facta defolatio
 ne, de qua Apoftolus fecund. Theffal. 2. Ec
 prima ad Timoth. 4. de qua item 2. Petri 2.
 Per quam sane effectum est, ut quę domui Ia
 cob & gentibus in fcriptura cumulate pro
 mittuntur, ea post Apoftolorum etatem præ
 ftari hucusq; non potuerint, quod Euange
 lio regni in orbe euanescente, filius perditus
 quem suo tempore mysteriũ iniquitatis age
 re, Apoftolus dicebat, fic omnia per erroris
 doctrinas corrumpere pertexerit, ut hactenus
 inter omnes, quorum fcripta & cõciones ex
 tent, nemo repertus fit, qui uocatus & à Do
 mino inauguratus Apoftolus, de regno Chri
 fti firmiter, fyncere & perfpicue per omnia
 docuerit, ut clarum est, fi ea, quę de creatio
 nis & dispensationis omnium confilio & or
 dine, de ratione item & natura casus primi
 hominis, de ui ac uirtute Moſe seu legis, de ui
 ribus proprijs ac libero arbitrio, de meritis,
 de prædeftinatione ac uirtute fidei, de recon
 ditis Prophetarum & Apoftolorum prophe
 tijs, prodiderunt, per fidei iudicium exami
 nentur, donec omnibus defolatis, nullum ue
 ftigium lucis Euangelij, & libertatis fpiritus,
 reliquum mafferit, fic, ut merito actum fuiſſe
 de Eccleſ

de Ecclesia existimari potuisset, nisi Dominus hanc consuetudinem uelut perpetuam seruaret, ut priusquã absolute promissa sua impleat, ita omnia in diuersum tentandæ ac probandæ fidei nostræ, & suæ potentiaë declarandæ causa, dilabi permetteret, ut nihil minus sperari possit, quam id fore, quod promiserit, cuius rei exemplum habes de semine Abraham in Aegyptum exposito, & tandem post longam seruitutem præter ullam expectationem salutis & perficiendi pacti cum patribus iniri, liberato. Quale etiam in eiusdem post diuturnam in deserto peregrinatione, ferme desperata in terram suam reductione, accidit, captiuitatem Babylonicam, & eiusdem solutionem taceo. Taceo item post tot sæcula, tempore longe deploratissimo, ubi Israel per Græcorum & Romanorum crebras incursiones, totus in gentium ritus & leges abierat, ac degenerarat, Messiah saluatoris retro sæculis & promissi & expectati, factam exhibitionem.

Cur Dominus suam spendat promissionem.

Idem etiam hodie cõtingit, promissione Dei uelut postliminio reuocata, & uniuersa ea in hũc diem conclusa, ubi clarissime uidemus tanta errorum nebula discussa, Dominum plenum misericordia & clementia, res lucescente uerbi sui lumine, præstare id exitu

*Operum
Dei cur=
sus.*

*Occasio
reuelandi
Christi
per Anti=
christum.*

*Cecitas
Antichri=
sti.*

exitu ac euentu constantissime uelle, quæ domui Iacob & gentibus prolixè & magnifice pollicitus est, naturam uidelicet et statum ordinis operum suorum cursum secuturus, qui solet lucem post tenebras exerere, fauorem per iram ostendere, potentiam & uirtutem magnitudinis suæ post excecatos Pharaones mundo declarare, quam reuelandi Christi IESU & potentia ac sapientia sue comprobanda occasione, nec hodie prætermittet, in Antichristi manifestatione, per cuius errores invidia & cecitatem, quod ingenium, quam indolem, quamque naturam exaltatus Christus habeat, cum omni magnitudine potentia suæ orbi patefaciet.

Verum in quanta cecitate & in quantis ignorantia Dei tenebris hucusque longo tempore uixerimus, res ipsa declarat, cum extinguitam fidei iustitiam, cum legis & operum fiduciam, cum tot sectas, cum tantam idololatriam, ac ferme maiorem quam ulla nunquam apud ulla gentes fuerit, cum charitatem frugescentem, & foedissima omnis generis facinora, profusum & perditissimum luxum, ebrietatem, adulteria, promiscuas scortationes, usuras, rapinas, bella, cedes &c. expendimus. Ad hæc conuiuentibus, & talia multo docentibus pastoribus & Episcopis, quos cum sancte docere & uiuere oportebat, & tales esse,

esse, quales Apostolus eos describit, uidelicet inculpatores, tanquam Dei dispensatores, non prefractos, non iracundos, non uinosos, non percussores, non turpi lucro deditos, sed honestos, bonarum rerum studiosos, sobrios, iustos, pios, temperantes, tenaces eius, qui secundum doctrinam est, fidelis sermonis, potentes exhortari per doctrinam sanam & contradicentes conuincere, facti sunt tales, quales Prophetâ eos depingit, uidelicet speculatores cæci, omnes qui nescierunt, omnes ipsi cænes muti, non possunt latrare, dormitantes, iacentes, amantes dormitationes, & canes illi robusti anima, nescierunt saturitatem, & ipsi pastores nescierunt intelligere, omnes ipsi ad uias suas respexerunt, unusquisque ad auaritiam à termino suo.

Ita ut merito Dominus ad hunc reuelationis sui aduentum, respiciens, exclamarit: Filius hominis cum uenerit, an reperiturus est fidem in terra? depopulatis nimirum omnibus per aduersarium, aduersus omnem, qui dicitur Deus aut numen, elatum, sermones contra excelsum loquentem, & in maxima prosperitate omnia uastantem, cuius aduentus secundum operationem Satanæ, cum omni potentia, signis ac prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniustitiæ in ijs, qui percutiunt, quem sine manu conterendum, & ipsi

Tit. 1.

Iesa. 56.

Luc. 28.

2. Thef. 2.

Daniel. 2.

ritu oris

De futuro
regno
Christi
post orbis
uastationem.

ritu oris Dei perdendum scriptura testatur, casura ira Dei in impios, & fauore in electos, in quibus superstitibus ex tanta orbis ruina, quam iam imminere scriptura cum operibus Dei indicat, Christus IESVS regnum recuperet, non carnis, sed spiritus, non terrenum, sed caeleste, non huius mundi, qui se in aduersarij regno ad concupiscentiam errorum comparat, sed regnum iustitiae & cognitionis bonitatis Domini, quale fuit in omnibus sanctis, qui in hoc saeculo ab initio mundi erecti coram Domino, secure ac familiariter ambularunt, per spiritum Domini omnia, restituta imagine principatus super omnia, per primum Adam perdita, & per secundum Adam Christum Messiam nostrum uerum, restituenda, & potestate utendi tota creatura in benedictionem nominis Dei uentis, recuperanda, prius terra per hanc manifestationem eius, sub ipso uindice & saluatore, per bella, per pestilentias, per famem, per terremotus, erupturos in singulis locis, scripturae testimonio, desolanda, quantum iudicio auspiciaturo a domo Domini, abbreviando tamen propter eandem, ne uniuersa caro intereat, uidelicet propter electos, quos sic nominat Christus, Iesaias timentes Dominum, ab ortu & occasu, Daniel populum sanctorum altissimi, Iohannes reges & sacerdotes, qui ple-

Mat. 24.
Iesa. 59.
Apoc. 20.
Daniel. 9.

qui pleno iure tota creatura in laudem nomi-
 nis Dei, post Babylonis scorti illius nobilis
 gentium, cuius calice inebriati scortantur, om-
 nes principes & reges terræ, excisionem, in
 mutuam charitatē ac pacem, potentur, quæ
 in toto orbe futura prædicitur, percussio foe-
 dere cum bestijs agri, & cum uoluce celi, &
 cum reptili terræ, arcu item & gladio & bel-
 lis de terra contritis, & idolis in toto orbe de-
 structis, lupo cum agno & pardo & cum hæ-
 do accubatur, filijs ad patres conuersis, Mo-
 ab & Esau subiugatis, Ephraim & Iuda, hoc
 est, omnibus electis in Israele, & gētibus, quo-
 rum discordiæ illorum schisma figura fuit,
 sub uno pastore Dauid, hoc est, sub Christo
 IESV reconciliatis, ut plene intret promissa
 gētium salus, in benedictionis omnium semi-
 ne Christo IESV, uniuersa carne adoratura
 coram Domino, & uno Deo omnibus futu-
 ro, ut cumulate respōdeatur factō Israeli pro-
 missō, ex ipso & gētibus, interstitio rupto, ple-
 ne uno ouili constituto, qui ante Christum in
 exilium per Assyrios, Chaldeos & Græcos,
 & partim per Romanos detrusus, & Apo-
 stolorum arate reiectus, ex maxima parte
 in cæcitate, paucis reliquijs saluatis illo-
 rum tempore, hucusque permansit, ut
 post nouissimam depopulationem Ieru-
 salem & uastationem terræ promissionis,
 cum

*De futura
orbis pa-
ce.*

Iesa. 2.

Iesa. 11.

Mal. 4.

Ezech. 37.

Iesa. 55.

cum nobis totus in captiuitatem ignorantie Euangelij salutis, per Antichristum adactus, non dum consecutus sit, quod sperare fortiter debet, & solet, Dominusq; liberaliter se prestaturum recepit, & nunc per uasura per totum orbem Euangelij doctrina, fidem suam largissime liberaturus, absoluet, facto cum ipso foedere, de quo Propheta: Et ego hoc foedus feci cum eis, dixit Dominus: Spiritus meus qui super te, & uerba mea quae posui in ore tuo, non deficient ab ore tuo, & ab ore seminis tui, & ab ore seminis seminis tui, dixit Dominus, ex tunc & usq; in saeculum.

Iesa. 59.

Rom. 11.

Et hoc est quod Apostolus monet, cum gentes hortatur, ne insolescant, quod ad se regnum uenerit, excacato et reiecto Israele, hoc mysterium insinuans: Cum plenitudo gentium aduenerit, totus Israel saluus erit, ecce meminit plenitudinis & gentium & Israelis, quae intratura sit, constat autem eandem sub Apostolis, & multo minus post eos, Euangelio in toto orbe exolescente, & homine sceleroso erroribus omnia occupante, non intrasse, quem locum si tu sic intelligendum putes, ut Apostolum de saluatione totius Israelis collesci scilicet ex Israele secundum promissionem, ex gentibus, & ex reliquijs carnalis Israelis quae tempore Christi & Apostolorum saluae sunt, loqui existimes, quorsum igitur caecitate quae ex parte

Locus
Apostoli
de salua-
tione toti-
us Israelis.

ex parte carnali Israel contigit, cum plena illius
 us saluatione, quæ futura sit, conferre attinu-
 it: confert autem Apostolus toto isto capite
 partem excæcati Israelis, cum absoluta eius
 restitutione, ex genibus Israelem quantum
 ad hanc collatione pertinet, non immiscens,
 nisi nescias hoc: Nam si reiectio est reconci-
 liatio mundi, quæ erit assumptio, nisi uita ex
 mortuis: Item, si lapsus illorum diuitiæ sunt
 mundi, & diminutio illorum diuitiæ gen-
 tium, quanto magis plenitudo illorū: Item,
 et isti nunc increduli facti sunt, ex eo, quod mi-
 sericordiam estis adepti, ut ipsi misericordiam
 consequantur. Item, secundum Euange-
 lium quidem inimici propter uos, secundum
 electionem dilecti propter patres. Nam do-
 na quidem & uocatio Dei huiusmodi sunt,
 ut eorum illum pœnitere non possit. Ecce
 clarissimam prædictionem de reconcilia-
 tione abiecti Israelis cum Deo patrū ipsius, pro-
 pter uocationem & electionem, quā Domi-
 nus irritare non uelit, neque qua est propositi
 cōstantia, antiquare possit. Hocq; iuxta Apo-
 stolū alibi propter nos, qui sumus uere ille Ia-
 cob, cuius domus in æternum regnabit, cuius
 Dominus se Deum uocat, quem Dominus
 ab utero diligit, format, ac portat, quem su-
 per palmas scribit, quem sanctificat, quem ad
 similitudinem suam fingit, quem hæredem
 L designat,

1. Cor. 10.

Verus
Israël.

designat, & filium deitatis suæ participem
gignit, cui legem, oracula, Prophetas, re-
gnum & sacerdotium committit, cum quo
item pactum suum sempiternū ferit, quem
tutatur, ut pupillam oculi sui, qui misericor-
dias David, hoc est, Christi I E S U regis æter-
ni habet fideles &c. Qui ubi deserimur, ta-
men ex eo, quod electionis patrem poenitere
non potest, ad tempus, non perpetuo, de-
serimur, conclusis omnibus in peccatum,
& per peccatum in temporalem excacatio-
nem, & mortem, & in quotidianæ crucis
& scriptos in libro uitæ, gratia & uera uita
cognitionis D E I uiuentis, una cum regno
gloriæ deueniat.

Regnum
latissimū
Messiah
ad analo-
giā iudei.

Vide num hæc ad Analogiam gloriæ la-
tissimæ bonitatis D E I & ad fidei electo-
rum, quæ cupit exēplo illius salutem, quam
amplissime fusam, ut quæ nos filios benefi-
centissimi patris fungat, regulam faciant. Ad
quam uniuersa scriptura quæ est operum sa-
pientiæ & bonitatis D E I & spiritus in san-
ctorum cordibus, testificatio, sic se attempe-
rat, ut quantumuis in cæteris obscura sit, in
istamen, quæ ad gloriam misericordiæ ac-
tinent, in certis locis ad quos interprete spi-
ritu,

tu; cetera omnia exigantur, sit apertissima, sicut in hac parte maxime, quod hic potissimum clementiæ DEI & amplitudinis regni Christi prædicandæ, & exercendæ charitatis, suppetitur materia, ut dicas: Ecce pater cælestis, Iudæi oracula & promissiones & testamentum & Prophetas, & Christum desumum ex stirpe Daud, habent, illi radix sunt, & uera ac naturalis oliua, nos uero insirritia ac syluestris: sint illi reiecti ac excæcati, at nos non minus longo tempore, qui non radix, qui non rami, qui non uera ac natia oliua sumus, aduersario Messiah nostri omnia per errores & doctrinas perditionis perdente, reiecti & excæcati uiximus: sint illi in exilio à terra promissionis, patribus Abraham scilicet Isaac & Iacob promissa, at nos quæ uere Israelitæ & uerum semen Abraham sumus, secundum sterilis uulua Saræ promissionem, ad implendum mysterium regenerationis cælestis, quæ non est ex natura, quæ non est ex carne & sanguinibus, non minus in exilio à regno gloriæ cognitionis patris nostri, longo tempore regno & sacerdotio regis altissimi, orbi ac priuati sedimus. Sunt illi in erroribus ac publico prouerbio toti mundo expositi, at nos quorum illi figuram gerunt, & dilecti sunt propter patres, non minus, si ueritatem

quæ iuxta naturalem operum DEICURSUM
 umbram sequitur, spectes, in maximis erro-
 rû tenebris sub abominatione desolationis
 aberrauimus, & toti creaturæ, per tantam, in
 qua fuimus, cæcitatem, spectaculum uanita-
 tis exhibuimus.

Nihil est igitur quod alter alteri exprobre-
 mus, omnia paria ducimus, siue electionis
 gratiam, siue reiectionis iram, siue illumina-
 tionem, siue excecationem, siue ignominia-
 am, siue gloriam consideres, idem lutum eius-
 dem figuli sumus, qui figmentum nostrum
 nouit, ad quam gloriam illud sit paraturus,
 nos igitur ambo qui in pari destinatione su-
 mus, mutuo fauori ac charitati studeamus,
 ad ædificandum amplissimum regnum Mes-
 siah in tota scriptura largissime per homines
 DEOVS VRSVS promissi, & in tempore plenitu-
 dine operationis Dei, clarissime orbi reuelan-
 di. Quo omnes prophætæ faciunt, qui uno
 ore ut amplissimum sit beneficium sangui-
 nis IESV, & mors eius fructuosa & glo-
 riosissima, maximû & latissimum regnum
 ex Israele & gentibus fore prænunciant, quo-
 rum testimonio Apostolus fretus, plenitudi-
 nis Israelis & gentium aduenturæ, memi-
 nit: De gentibus clarissima est scriptura. Gen.
 12. 22. 49. Psal. 2. 22. Iesa. 11. 66. Israelis uero
 promissio

promissiones, & restitutionem nullus est ex Prophetis, qui non magnifice decantet. Deutro. 10. Moses. Iesa. 11. Zacha. 2. Osea 3. Amos ultimo. Iere. 23. 32. 31. Ezech. 20. 34. 37. & reliqui, qui ut iam longo tempore sen- tus ac squalidus in miserabili exilio dereli- ctus, captiuitatis & exilij Israelis secundum promissionem, a regno uerbi & gloriae ty- pum prætulit: Ita nunc restituendus, & ab æreo suo caelo & terra ferrea liberandus, eius dem post tantam indignationem liberatio- nem, successura benedictione maledictioni, gratia iræ, ignominia gloriae, præfigurabit, ut res figuræ semel respondeat, hoc est, simul de toto Israele ac semine Abraham secun- dum carnem dici possit, id quod de domo Iacob, quæ uere domus Iacob est, dicitur, quod cum umbra non pugnat, nihil enim ue- ritate esse secundum carnem & promissionem de semine Abraham, ut de Isaac, de Iacob, de Mose, de Iudicibus, de Regibus aliquot, de Prophetis, de Christo demum & Aposto- lis & alijs constat, qui omnes simul secun- dum carnem & spiritum, secundum um- bram & ueritatem, Israelitæ fuerunt. Imò ut hoc plene fiat, promissionis soluendæ & boni- tatis suæ ostendendæ causa, efficiet Dominus, ut uidelicet totus Israel post istum redempto- ris ex Zion, per reuelationem sui aduertum,

Deut. 28.

Deut. 30.

uere gloriari possit, ut in scriptura uocatur, se
 populum Dei esse peculiarem, non circumci-
 sum carne, sed corde, qui se non carnalem ge-
 nerationem Abraham, sed spirituales ac ce-
 lestem Christi IESU, non regnum item, atq[ue]
 sacerdotium illud externum, ac umbratile,
 sed internum ac uerū iustitiæ & ueritatis, ha-
 bere se gloriari possit: longe itaq[ue] alia ratione
 Messiam nactus, quam ab eo expectatur. Ex-
 pectat enim is omnia carnalia, sed falsus in bo-
 num suum, spe ac opinione sua, omnia spiri-
 tualia recuperabit. Qui post immunditiam,
 & turpitudinem, & tam diuturnam istam ex-
 cecationem suam, experietur hoc, quod Pro-
 pheta prædixit, quia semina benedicta Domi-
 ni ipsi, & germina eorum cum ipsis, & erit
 priusquam inuocauerint, & ego responde-
 bo, adhuc ipsi loquentur, & ego audiam.
 Item hoc, post istam uastitatem & contritio-
 nem, famem & gladium, sic dixit domina-
 tor tuus Dominus, & Deus tuus Dominus
 populi sui: Ecce accepi de manu tua cali-
 cem soporis, cum fece calicis exstuationis
 meæ, non adijcies, ut potes eum ultra, & po-
 nam eum in manu affligentium te. &c. Vbi
 tum quoque fiet, ut Sion & Ierusalem muri
 de nouo reparentur in magna temporū an-
 gustia, sub uero **והושוע & ארבבל**, hoc est,
 Christo

Ysa. 51.

Christo I E S V, in signaculum omnibus gentibus posito per Cyrum Messiah illum Dei, hoc est, per Apostolos ueri Messiah Christi I E S V, qui ex gentibus, in ministerium restorationis Ierusalem, & templi caelestis uuis lapidibus construendi, quod Deus inhabitet, deligentur, qui securi, ascis, faniculis, amissi, clauis, ligonibus, ac malleis instructi, collapsos muros, desolata moenia, demolitas turres, & aquas solo edes instaurabunt, reficientq̄. Qui sunt filij illi alieni, de quibus Propheta: Et stabunt alieni, & pascent oves uestras, & uiri alieni agricolae uestri, & uinitores uestri. Item, & aedificabunt filij alieni muros tuos, quos muros: nimirum eos, de quibus Zacharias: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius, & ego ero ei, ait D O M I N U S, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius, ubi implebitur hoc: Fortitudinem gentium comederis, & gloria eorum prædicationi, pro confusione uestra alteratio, & pro ignominia exultabunt &c. propterea in terra sua alterationem hæreditabunt, lætitia sempiterna erit eis, & fœdus sempiternum feriam cum eis. Item hoc de Zion: Et uocaberis ciuitas Domini Zion sancti Israel,

Iesa. 61.

Iesa. 60.

Zach. 2.

Iesa. 61.

Iesa. 66.

pro eo, quod fuisti exosa, & derelicta, & non
transiens (ad te) & posui te in magnificentia
sæculi, gaudium generationis, & generatio-
nis, & suges lac gentiũ, & scies quod ego Do-
minus saluans & redimens fortis Iacob, pro
ære afferam aurum, & pro ferro argentum,
& pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, &
ponam uisitationem tuam pacem &c.

Agg. 2.

Et hæc est domus illa, cuius gloria maior
erit, quàm primæ fuit, quæ sub Apostolis ædi-
ficata est, omnibus gentibus cum desiderio
certatim dona sua allaturis, & hoc in maxi-
mo omnium nationum & regnorum mudi
motu ac concussione, sicq; accidet, ut figuræ
liberationis ex captiuitate Babylonica, et um-
bræ restitutionis terrenæ Ierusalé, ueritas uin-
dicationis cælestis Iacob, et restauratiõis super-
næ Ierusalé, respondeat, & hoc post istam hor-
redam Babylonicam captiuitatem ignoran-
tiæ Euangelij regni, in quam nos, qui sumus
secundum electionem Israel, post Apostolo-
rum ætatem, incidimus, ubi plene hoc imple-
bitur: Dilata locum tabernaculorum tuorum,
& pelles tenteriorum tuorum extendam, ne
parcas, produc funiculos tuos, & clauos tuos
conforta, quæ ad dexteram & sinistram per-
rumpes, & semen tuum Gentes hæreditabit.
Cuius filios tãto numero se aucturum Domi-
nus promittit, ut dicat: Si numerari non pos-
sunt stellæ

Iesa. 54.

sunt stellæ cæli, & metiri arenæ maris, sic multiplicabo semen David serui mei, & Leuitas ministros meos, de quibus alibi: Vos sacerdotes induci iustitia uocabimini. Itē hoc: Et omnes filios tuos doctos Domini, & plurimā pacē filiorū tuorū, in iustitia præparaberis, de quibus sic Ieremias: Et non docebit ultra uir proximum suum, & uir fra:rem suū, dicens: Cognosce Domium, omnes enim cognoscent me à minimo eorum usq; ad maximū, ait Dominus, quia propitiabor iniquitati eorū, & peccati eorū non memor ero amplius, nimirū qui regem nacturi sunt iustitiæ, de quo idē Propheta: In diebus illis, & tēpore illo geminare faciā David germē iustitiæ, & faciet iudiciū & iustitiā in terra, in diebus illis habitabitur Iuda, & Israel habitabit confidēter, et hoc est nomē, quod uocabunt eum, Dominus iustus noster, qui quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emūdans argentum, et purgabit filios Leui &c. Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui. Vbi terra sancta, sicut hæctenus longo tempore Assur, Chaldeo, et Romano, grassantibus, uastata, ac tota deserta, solitudinem ac desolationem regni dei, spiritali Babylone omnia diripiente, delinuiuit, sic iam Assirij scepro sublato, & Iacob satis iudicio castigato, post

L s istam

Ierc-33.

Icfa-51.

Icfa-54.

Hier-31.

Hier-33.

Malach-3.

Terra sancta.

Deut. 11.

Iere. 32.

istā quæ instruit, & iam, ut uidemus, incipit, re-
 nouationem orbis, quam & scriptura indi-
 cat, & omnium corda præfagiunt, ipsa per
 benedictionem Dei, fecunditati suæ post tan-
 tam sterilitatem, restituta, unā cum monti-
 bus suis stillaturis dulcedinem, uallibus plani-
 tie, riuus & fluminibus, regnum gloriæ, ma-
 nans lacte, & melle, et oleo gloriosæ cognitio-
 nis Dei, quod omnibus electis cedit, represen-
 tabit, quæ plenissime & uberrime talis futura
 est, qualis per Moſen describitur. Terra ad
 quam ingrederis possidendam, montuosa
 est, & campestris de cælo expectans pluuias,
 quam Dominus Deus tuus semper inuisit, &
 oculi illius in ea sunt à principio anni usque
 in finem eius, item: Dabit pluuiam terræ ue-
 stræ temporaneā & serotinam, ut colligatis
 frumentum, & uinum, & oleum, scœnumq;
 ex agris, ad pascendum iumenta, & ut ipsi co-
 medatis, & saturemini: sed quando hoc futu-
 rum? tunc sane cum obedieritis mandatis
 meis, quæ ego præcipio uobis, ut diligatis do-
 minum Deum uestrum, & seruiatis ei in toto
 corde uestro, & in tota anima uestra, atiam
 per hunc saluatoris ex Zion aduentum, fiet
 ut domus Iacob, effusio in corde eius de super
 spiritu timoris, Dominum per fidei obedi-
 tiam, prone sit secutura, iuxta hoc: Et timorē
 dabo in corde eorum, ut non recedant à me,
 & lætabor

& lætabor super eos, cum benefecero eis, &
 plantabo eos in terra ista, in ueritate, in toto
 corde meo, & in tota anima mea, in terra sci
 licet bona, in terra riuorum, aquarum & fon
 tium, in cuius campis & montibus erumpūt
 fluiorum abyssi, & in terra frumenti, ordei Deut. 8.
 & uinearum, in qua ficus & malogranata, &
 oliueta nascuntur, in terra olei & mellis, ubi
 absque ulla penuria, electi comedunt panem
 suum, & rerum omnium abundantia ad be
 nedicendū Domino Deo, perfruuntur. Qui
 conferre norunt peregrinationis desertum,
 & terram istam, Moſen & Iosua, legem &
 gratiā, exiliū huius sæculi & regnū gloriæ, illis
 non difficile fuerit deprehendere, qđ in terra
 ista tot modis præ alijs rotius orbis plagis be
 nedicta, & nunc longo tēpore uastata, Domi
 nus adumbret, ad cuius allusionē, Prophetæ
 fermè totum Christi regnum describunt, ut
 sicut in alijs, ita etiā in hac parte Moſæ inex
 hausto scripturæ thesauro omnia accepta re
 ferant. Prius tamē quàm hæc omnia fiant, &
 Israel redeat ad Dominum DEVM suum, Oſe. 3.
 & David regem suum, ad bonum suum, in
 his nouissimis diebus, querat, consumatio in
 toto orbe ad miraculum usque grandis iux
 ta scripturam, continget, quæ messis instar
 est habitura, quam per diem hunc uindictæ
 qui præludia futuri sui, sub iudicio Euan
 gelij

Euangelij, omnibus gentibus in testimonium
 prædicandi, iam præmittit, uirga illa de stirpe
 Isai, et furculus de radicibus eius, indutus iusti-
 tia, sicut lorica, indutus uestibus ultionis, &
 amictus sicut pallio Zelo, retributionem red-
 det inimicis suis, nimirum repurgaturus aream
 suam, tritico coniecto in horreum suum, &
 palæis in ignem coniectis, sicque fiet, ut Israel
 qui iam profugus & toto orbe dispersus, &
 in obprobrium, prouerbium & parabolam
 omnibus gentibus expositus est, à quatuor
 uentis, uelut uiuus ex mortuis, circumcilius
 corde iuxta Mosen, mundatus aquis mundis,
 iuxta Ezechielem, liberatus ab iniquitate sua
 secundum Iesaiam, unius cordis & uia iuxta
 Ieremiam, captiuitate Zion redempta, iuxta
 ceteros, in terram suam reducatur, ut hoc mo-
 do electorum resurrectionem, & à quatuor
 orbis angulis eorundem in regnum gloriæ
 congregationem, quæ in aduentu maiestatis
 futura est, præfigeret, Iesaiæ 66. Ezechiel 37 &
 Roma. 11. Vbi tum implebitur hoc Prophet.
 Ecce ego creo celos nouos, et terram nouam,
 Quos celos nouos: & quã terram nouam:
 eos sane, de quibus sequitur: Ecce ego creo Ie-
 rusalem tripudiantem, & populum eius gau-
 dium, & tripudiabo in Ierusalem, & gaude-
 bo in populo meo. Sic enim scriptura de re-
 nouatione

Rom. 11.

Deut. 30.

Ezec. 36.

Iesa. 59.

Hier. 32.

nouatione Ecclesiæ, quæ fiet per hunc redempti
 onis populi Dei, et manifestationis Messiah
 diem, loquitur, qui cum finit reuelationis Eu
 angelij nouissimos dies, expectandos domui
 Iacob, & per figuram ac representationem
 aduentui gloriæ præit, fit hinc ut quæ in scri
 ptura aduentui maiestatis tribuuntur, alteri ad
 uentui quoq; tribuatur. Habet ille resurrectio
 nē mortuorū, habebit & hic primi aduentus
 exitus, per uerbi uictoriam, quoque resurrecti
 onem suam, hanc primam uidelicet, quæ à
 secunda morte libera est, quæ stagni & ignis
 mors est, parata Diabolo & angelis ipsius. Ha
 bet alter messem suam, in qua separabitur pa
 lea à tritico, habet alter quoq; messem suam,
 uidelicet impiorum terræ ab electis separatio
 nem, postquam mansura & regnatura est do
 mus Iacob in æternum, ut impij, hoc est, male
 dicti, de quorum natura supra, semel experi
 antur, imperium utendi tota creatura, ad ele
 ctos, qui imaginem Dei gerunt, pertinere, &
 nequaquā ad se, qui omnib. in cōtumeliā no
 minis Dei, abutuntur. Habet itē alter aduen
 tus, angelos congregaturos à quatuor uentis,
 electos in regnum gloriæ: Et uent etiam in alte
 ro angeli, qui per Euangelij in toto orbe cla
 rissime personanturi, buccinam, dispersum ac
 collisum Israel ex omnibus nationibus in ter
 ram suam

Apoc. 20.

Ezec. 30.

Iesa. 55.

Apoc. 21.

Apoc. 20.

Ezech. 38.

Apoc. 20.

ratu suam, quæ delicias horti Eden iuxta Pro-
 phetâ habebit, congregabunt. In altero erunt
 omnia noua, cælû & terra, & reliqua omnia.
 In altero quoque erunt omnia noua, post tan-
 tam uniuersi instaurationem, in qua omnia
 bus subiectis pedibus suis, ligatoq; Sarana, &
 principatibus tenebrarum uinctis C H R I
 S T V S Iesus in hac plenitudine gentium et
 Israelis, in regno cognitionis et benedictionis
 patris benedicti in sæcula, gloriose regnabit.
 Quantum autem ad Gog & Magog attinet.
 dicere, gentes, quas à quatuor terræ finibus,
 certo exorituras, & Israel inuasuras, scri-
 ptura prædicit, cum Domino uisum fu-
 erit, & Ecclesiæ ædificatio illud postu-
 lauerit, ad quam omnia referun-
 tur, sancti Dei per prophetiæ spi-
 ritum prodent. Laus autem &
 gloria patri gloriæ, & Mes-
 siah suo exaltato, in sæ-
 cula sæculorum,
 Amen.

E R R A T A.

Folio 2. a. uersu 7. lege perfecta. eodem b. uersu 28. le. do-
 minum. Fol. 5. b. uer. 14. cat, peccato. Fol. 8. a. uer. 15. le.
 nocuerit. b. uer. 7. tur, lege carnis. eodem b. uer. 17. le. ido-
 lolatria. uer. 14. le. tur, cuius. eodem b. uer. ultimo tur, cu-
 ius. Fol. 9. uer. 4. leg. negauit Christum. eodem a. uer. 10.
 le pronuntiaret. uer. 21. le. quiq; labeatur. eodem b. uer.
 27. le. insitū, deo excusat. Fol. 10. a. uer. ult. le. gemitibus.
 Fol. 11. b. uer. 5. le. trat, iam. uer. 15. le. callo. Fol. 12. a.
 uer. 6. le. humiliasti. uer. ult. le. supplantatorem. Fol. 13. a.
 uer. 25. le. fatetur. Fol. 15. b. uer. 10. addas post (irata tua)
 gratia est. eodem b. uer. 25. le. tua. Ceterum. Fol. 15. a.
 uer. 15. le. increparem. Fol. 17. a. uer. 8. le. solum, maledi-
 ctis. eodē b. uer. 15. le. illi scribuntur, ne. Fol. 20. a. uer. ult.
 le. mus, non. Fol. 21. b. uer. 2. le. statuitur, cur. eodē b. uer.
 28. dele uel periculū. Fol. 22. a. uer. 1. le. unde hoc? uer. 7.
 le. ad rem. Fol. 24. b. uer. 14. expunge at & pro eo lege, et
 ideo. eodē b. uer. 17. le. odit, moriendū. Fol. 29. a. uer. ult.
 dele me et le. ne. Fol. 31. a. uer. 18. le. tuā, uirtutē. Fol. 34. a.
 uer. 21. le. ut qui deliquerit, Fol. 35. a. uer. 14. le. Paulo. eod-
 b. uer. 8. expunge et cadē, substituens, sed tamē. Fol. 35. a.
 uer. 7. le. ea de. b. uer. 1. le. impijs atq; pijs. Fol. 37. a. uer. 7.
 le. folle. eodē a. uer. 23. expunge ut uer. 25. expūge sic. Fo-
 38. b. uer. 5. pro te, le. et. Fol. 39. b. uer. 9. le. bras, errēt. Fo-
 47. b. uer. 15. le. et firmior de fauore. Fol. 48. a. uer. 19. le.
 deliniantibus. eod. b. in marg. le. impanatione. Fol. 49. a. u.
 3. le. sedcat. Fo. 50. b. uer. 15. le. euacuare. Fo. 52. a. uer. 18.
 le. iudiciū, dū. Fol. 55. a. uer. 22. legetura, prætendas. fo. 5.
 50. b. u. le. semm. fo. 58. a. u. 1. le. quod circumcisio cordis
 spiritu dei fiat. fo. 59. b. uer. 13. le. eā. fo. 71. a. uer. 2. le. meā.

P A T E N T

1688

1689

1690

1691

1692

1693

1694

1695

1696

1697

1698

1699

1700

1701

1702

1703

1704

1705

1706

1707

1708

1709

1710

[The text in this section is extremely faint and illegible, appearing as a series of light-colored lines across the page.]